

Jacob Schaller Philipp Jakob Spener

**Dissertatio De Conformatione Creaturae Rationalis Ad Creatorem, Thom. Hobbei  
Eiusque Hyperaspistis ... Quam Auxiliante Prima Omnis Boni Mensura,**

Argentorati: Heyden, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn786450541>

Druck Freier  Zugang





- 656. p. Ind.)

a-c  
a-d

2) A-Z. Aa-LMm.

A-Z. = L. 3.

~~Aa - KK.~~

A - J. Log.

~~a-b.~~

~~A - L. Aa - L. Mm.~~

3) 372. p. Ind.


4) 248. p.

5) A - F

Ea 1009<sup>1-5.</sup>

~~II. VI. 6.~~





12/11

DISSERTATIO

De  
CONFORMATIONE CREA-  
TURAE RATIONALIS AD  
CREATOREM,

THOM. HOBBEI EIVSQVE HY-  
PERASPISTIS *QUIBUSDAM* ΨΕΥΔΟΓΡΑ-  
ΦΗΜΑΣΙ MAGNA EX PARTE  
OPPOSITA.

*Quam*  
AVXILIANTE PRIMA OMNIS BONI MENSURA,

PRÆSIDE

*Viro Plurimum Reverendo & Excellentissimo*

DN. IACOBO SCHALLERO,  
SS. THEOL. D. ET PRACT. PHIL. PROFESS.  
Clarissimo, Patrono & Præceptore  
suo Colendo.

*Amicæ Doctiorum συζητήσει*

SOLENNITER exponet die 17. Martii,

*In Auditorio Aestivo.*

PHILIPPUS JACOBUS SPENERUS,  
Rupisvilla-Rocspoletanus,

ARGENTORATI.

Typis JOHAN. PETRI AB HEYDEN.

ANNO M. DC. LIII.

*Illustriſſimo & Generoſiſſimo Domino*  
**DN. IOHANNI IACOBO,**  
Domino de Rappoltſtein, Hohenack & Geroltz-  
eck ad Vogafum, &c. Patriæ Patri gratioſiſſimo,  
Domino meo percleменти.

*NEC NON*  
*Viris Auctoritate Magnificis, Conſilio & Pru-*  
*dentia Ampliſſimis,*

**DN. IOHANNI BURGERO.**  
**DN. JOH. HEINRICO MOGGIO.**  
**DN. IOHANNI THURNINGERO.**  
**DN. DANIELI BÜRRIO. U. I. L.**  
**DN. CHRISTIANO SCHERBIO.**  
**DN. JOH. JACOBO SALZMANNO.**

Conſuli, Conſularibus, Prætori, Syndico,  
Cæterisque inclyti Senatus Adſeſſoribus,  
felicitis S. R. Imper. Civitatis

**COLMARIÆ,**  
dignis & benignis.

*Dnn. Promotoribus, reſpectivè Avo, cunctis Patronis meis*  
*omni reverentia & pietatis cultu devenerandis.*

Has ſtudiorum meorum Academicorum primi-  
tias, unà mecum  
ſubmiſſe ac devotè  
dico & conſecro-  
cliens addiſtiſſimus.

Philippus Jacobus Spener.  
A. & R.



I.



ὁ γνωστὸν τῶ Θεῶ Φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς (in- *Revum di-*  
 tellige ἀνθρώποις) ὁ γὰρ Θεὸς αὐτοῖς ἐφανερώσατο. *gnarum*  
 τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτῶ ἐπὶ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιή. *notitiam*  
 μασι νοούμενα, καθορᾶται, ἢ τε αἰδίου αὐτῶ δύναντος *rum modo*  
 ἡ θεότης. *lumen* Verba sunt Doctoris Oecume-

nici Rom. 1, 19, 20. Quibus gentilium  
 omnium conscientias testatur & convin-  
 cit, non practica solum, quorum veritas cap. 2. v. 15. adstrui-  
 tur, sed theoretica etiam principia implantatum mentibus  
 humanis lumen complecti, quo divinam omnibus super-  
 eminentem essentiam venerabunda agnitione colerent.  
 Bruta (a) quæ natura prona atq; ventri obedientia finxit, totum a. Sallust.  
 hoc universum intuentur, nec ob rationis defectum altius Catil. 1.  
 ascendere ipsis datur. Nobis, quibus scala rationis, ut in  
 sublimiora nec sensu pervia eniteremur, divinitus concessa  
 est, profundius convenit scrutinium. Ex operibus (b) o- b. Syr.  
 pificis maiestatem agnoscere, sapientiã admirari, benignitatẽ *43, 5.*  
 venerari tenemur. Ad quod etiam Regium Psalmographum *Serum et-*  
 incitantẽ audiamus: *iam crea-*  
 השמים מספרים כבוד אל ומעשה ידיו מגיד *tur arum*  
 הרקיע Consensum gentium requirimus? Adest. Notionem *aspectus*  
 Dei suggestit primum (Notes tamen Ethnicum hominem inna *inducant.*  
 ram notitiam non aded attendisse, ex collectione verò re- *Psal 19, 2.*  
 sultantem hic innuere) *confer Ci-*  
 christudo. Plutarchus (c) hæc, cuius multa sequentia huc *cer. 2. de*  
 traxerim. Plutarcho Lucilium iungamus, cuius talia apud *ed. Lamb.*  
 (d) Cic. sunt: *n. 148.*  
 Quid potest esse tam apertum, tamque perspicuum, *c. de plac.*  
 cum cælum suspeximus, celestiaque contemplati sumus, quam esse ali- *Philos. 1, 6.*  
 quod numen præstantissima mentis, quo hæc regantur? Et videmus *d. 2. de*  
 non unquam fere validius pro adserenda Divinitatis certi *Nat. Deor.*

A

tudine num, 4.



e. Sen. tudine argumentum proferri potuisse, quam (e) omnium  
ep. 117. gentium, nec in extrema barbare immerfas excluderim, u-

f. apud scientiæ, nemo unquam serid explodere potuit. Velleius  
Cicer. 1. de Epicurearum partium propugnator ex mente Epicuri  
Nat. Deor. *λνψι* communem (quam germana hæc nostratum Theo-  
n. 43. conf. logorum innatis notitiis. ? In hoc fere cæteris Epicurus sa-  
eiusdem nior, non adquisitam sed innatam etiã agnitionem numinis  
n. 2. & 1. de nior, non adquisitam sed innatam etiã agnitionem numinis  
LL. n. 24. observans) profert (f) confessus: *In omnium animis Deorum notio-*  
g. 2. de *nem impressisse ipsam naturam.* Hanc primam legem Tullius  
LL. n. 15. (g) civibus suis inculcatam vult: *Dominos esse omnium rerum*

h. De qui- ac moderatores Deos. Non abnuo fuisse (h) aliquando, qui  
bus Plut. conscientiæ obstrepenti aures occludere, primumque hoc  
de plac. principium negare ausi sunt. Insana tamen paucorum ma-  
Philos. l. 1. leferiatorum temeritas nihil quidquam veritati derogare  
c. 7. pr. & potest. Multa iactantiæ ergo multi loquuntur, quorum  
Cotta con- tamen linguæ abstrusiores cogitationes renituntur. Semel  
tra Vellei quæ incautis exciderit, vocem etiam absurdissimam sapissi-  
ap. Cic. 1. mē postea mordicus à magnis viris, ne in ullo errasse vide-  
de Nat. rentur, defendi maximo cum dolore literatus orbis expertus  
Deor. n. 63 est. Quin etiam reluctari conscientiæ aliquandiu diffi-  
*Nec inveni- tos eor qui idipsum aut serid aut semper negare au- sifini.*  
*æternum hoc ens est, Et proinde fatearis necesse est.* Multi hac in parte Ethnicorum testi-  
i. ap. Cic. monia collegere: Patres, qui in hoc occupati, consules.  
1. de Nat. Si æternitatem etiam habeamus, eo ipso independens Dus-  
Deor. n. 26 erit, & ab hoc unico independente, cætera quæ esse vide-  
f. conf. ib. mus, dependebunt.

§. 2. Ens hoc supremum quamprimum concipi-  
mus, æternum quiddam animo occurrit. Epicurei verba  
(i) sunt: *Deum nisi sempiternum intelligere qui possumus? Æter-*  
*num si dicis, infinitum concedis, si infinitum facis, unum*  
*Et proinde fatearis necesse est.* Multi hac in parte Ethnicorum testi-  
monia collegere: Patres, qui in hoc occupati, consules.  
Si æternitatem etiam habeamus, eo ipso independens Dus-  
erit, & ab hoc unico independente, cætera quæ esse vide-  
mus, dependebunt.

§. 3. Dependētia omnium quæ sunt, à Deo evictã,  
iam Creatorem agnoscimus. Agnovere etiam Philoso-  
phorum plerique. Ut à Barbarico ordiar genere. De Chal-  
dæis & Ægyptiis vix dubium esse potest. Illos enim, cum  
gentem Patriarcharum quam divitissimè foverint, per tradi-  
tionem

tionem saltem haufisse indubium est. *Aegyptii si non ratio*  
*ne Iosephi (l) certè doctrina idem novere. De his & Scy.* 1. Psalm.  
*his fidem faciet Justin 2,1. Uterque enim populus apud* 105, 22.  
*hunc initium aliquod rerum concedit, nec facile Epicuri*  
*gregi eosdem annumeraverimus. Quid si vel Græci ad*  
*Chaldæos & Aegyptios itinera sua instituentes idem δόγμα*  
*domum retulisse dicas? De Indis pauciora argumento esse*  
*possunt, cum scripta eorum locorum temporumque iniuria*  
*ad nostras manus non devenerint. Testabuntur tamen de*  
*iisdem eorum nepotes, quos non ita pridem nostrates invi-*  
*tere denuo cœpere. Vix ulla eorum gens erat adeo diutur-*  
*næ barbariei immersa, ut non creationem Dei que notionem*  
*superstitem ostendisset, quam vis variis nugis depravatam.*  
*Ceilonianos, Siamitas, Javanos & quos non producerem?*  
*si ex navigationum historiis syllabum contexere luberet.*  
*Illustrissimum exemplum Chineses sunt, quos non tanta,*  
*ut cæteros vicinos barbariei cæligo obvolvitur; creationem*  
*(m) hi adeo non diffidentur, ut etiam binas, priori gente m. Dress.*  
*humana deleta, statuunt. Insulæ Madagascar ad oram A- de Chin.*  
*fricæ sitæ incolas, cum nihil de divinis amplius novissent, l. 2. c. 5.*  
*hanc tamen creationis doctrinam retinuisse (n) testimonia n. Navig.*  
*suppetunt. Nec Americanos harum rerum ignaros, qui collect. per*  
*primi eò appulerant, invenerunt. Virginiani disertè ab uno frat. de*  
*æterno Deo plures minores creatos esse divos, horumque Bry part.*  
*ministerio universa ex aqua formata adserebant, si IX.*  
*Dressero (o) fides. o. De Vir-*  
*gin. p. 3.*  
*p. m. 181.*  
*Et Poetis*  
*credita*  
*p. citat.*  
*auth. tract*  
*de mundo*  
*cap. 7.*  
*q. citat.*  
*Laert.*  
*proæm.*  
*r. in vit.*  
*aperta eius l. 2.*

§. 4. Ad cultiores nos vertimus. Poëtas vetu-  
 rissimos creationem inculcasse ex solo Orpheo (p) pro-  
 babo :

*Ζεὺς πρῶτος γένητο, Ζεὺς ὕστατος, ἀρχικέλευντος.*  
*Ζεὺς κεφαλή, Ζεὺς μέσσα. Διὸς δ' ἐν πάντα τέτυκται.*

Linum (q) tamen eidem addere lubet :  
*ἢν ποτέ τοι χρόνος ἔστω, ἐν ᾧ ἅμα πάντ' ἐπεφύκει.*

Anaxagoræ vrs ex Laërtio (r) innotescit. Si verò his recen-  
 tiores Philosophos quæramus, Pythagorici adsurgunt. Res

A 2

Hæc cum illis, quæ §. 17. dicuntur ex Plutarcho, ita optimè conciliaveris, si Laertiana  
 de iis quæ senserit, Plutarchiana quæ potissimum scripserit, si non scripserit capias. Nec  
*Pythagoreis,*

aperta, ne tamen sine teste prodiisse videar, adfit Plutarchus

(i) qui eum hac in sententia Platoni iungit. De hoc res  
r. de plac. expedita: eiusdem Timæus satis sententiam confirmat, pro-  
Philos. l. 2. ducente etiam locum eundem (u) Plutarcho. Stoicorum  
cap. 4. de origine mundi sententiam si scire lubet, (W) Lipsium  
*Platonici* præeuntem habes. Totam etiam propemodum disputa-  
u. de Fa- tionem Lucilii apud Cic. l. 2. de Nat. Deor. non incommo-  
to. p. m. de huc trahes. Aristoteles restat; satis perplexa huius sen-  
548. confer- tentia, nec adhuc, quod certa statuere possem, habeo in  
eund Plut. tanta anthorum diversitate: nisi mitiorem sententiam ex 12.  
de anim. tantum Metaph. 7. exsculpere lubeat. Affirmantium partes se-  
pior. p. 77 & Diog. quitur (x) Scaliger. Iisdem omnibus viribus se opposuit  
Laert. in Plat. 3. (y) Pererius. Indicasse ergo sufficiat. Si, qui sub eius nomi-  
aut Stoici ne extat de mundo tract. ei attribui posset, res in proclivi  
*incognita,* ex cap. 6. ad diiudicandum esset. Nisi forte nunc ex 1. Me-  
W: 1. Phy- taph. 2. argumentari lubeat: *ὅτε γὰρ θεὸς δοκεῖ τὸ ἀίτιον πάντων*  
differt. 4. *εἶναι ἢ ἀρχὴν τῆς*. Manifestè operi huic divino contrariatur E-  
& 2. diff. 8. picuri caterva, omnia atomis, ne fortasse condendi labor  
*De Aristote- beatitudinem divinam intercurbaret, transcribens; (z) In-*  
le Six li- finitos mundos harum concursu, natura (qua quæso? crea-  
quet. ta an increata? hæc Deus est, illa præsupponit creatorem)  
x. Exerc. dace coaluisse. Omnibus aliis Philosophia hæc eo explode-  
91. f. 13. batur nomine, (a) quod materia assignata vim & causam efficiendi  
y. 5. Phys. reliquerit. Nec ablonum, Epicurum, (b) hominem sine arte &  
cap. 7. sine literis, Democriti Mochique de atomis sententiam haud  
*Epicurei aperte con-* dubie saniorum corrupisse, & in publicum perduxisse o-  
*trariantur.* dium.

z. Vellei. §. 5. Non ultimum, quod in creationis assertores  
ap. Cic. 1. vibrabant Epicuræi, telum erat, (c) nullam rationem Deo  
de Nat. fuisse, cur mundum conderet, suffecisse ipsi, ceu enti in se  
Deor. n. beatissimo & *ἀνταρκεσάτω*, se solo contentum esse, nec indi-  
52. 53. guisse aliena ope. Optimè argumento huic Platonici &  
a. Cic. 1. Stoici respondebant, nulla indigentia Deum ad hoc coactū,  
de fin. n. 18. sed liberrima voluntate, & bonitate, quæ se in alios redun-  
b. Lucil. dare optat. (d) Omne bonum communicativum sui est.  
ap. Cic. 2. de Nat. Seneca

Deor. n. 74

*Infirmo tamen argumentanxi:* c. Vellei. ap. Cic. 1. de Natur. Deor. n. 22. d. Excell.  
Dn. D. Calov. 1002. part. special. cap. 8. can. 2.

Seneca (e) ex Platonis Timæo hæc citat : *Quæ Deo faciendi e. ep. 65. mundum causa fuit ? Bonus est, bono nulla cuiusquam boni invidia est.*

§. 5. Nec in universi creatione subsistebant, verum *Hominis* quæ generatim dixerant, ad hominem, huiusque præcipuè a- *primario* nimiam adplicabant. Ex mente divina delibatos nos ani- *creatio in-* mos habere, communis (f) Pythagoricorum sententia e- *signis* rat. Quam insignia hæc (g) Euryphami: τὸ θῆϊον ἄνθρω- *f. Cic. in* πον, πολυτελέστατον ζῶον, εἰς τὸν κόσμον ἐσώκισεν, ἀντίτιμον *Catone* μὲν τὰς ἰδίας φύσις, ὀφθαλμὸν δὲ τὰς τῶν ὄντων διακοσμά- *num. 78.* σιος, διὸ καὶ ὀνόματα μὲν ἔθηκε τῶς πράγμασι (an hoc ex Ge- *g. Fragm.* nesi. 2, 19?) χαρακτηρῆς αὐτῶν γενόμενος. Eadem sententia *de vita-* retenta à (h) Stoicis. In hoc tamen utrique falsi, quod ex *h. Lipf.* Deo quam à Deo deducere mallent. Platonis sententia ex *3. Physiol.* Timæo, Plutarchique in hanc materiam peculiari commen- *Stoic. diff.* tario nota est. Barbarorum superius productorum testimo- *4. & 8.* nia hic etiam militant. Virginiani (i) Deum mulierem *i. Dress.* ab initio creasse, ex eiusdem consuetudine reliquos morta- *d. l.* les progenerasse ferunt. Omnia eodem recidunt, quo di- *k Pf. 100,* gitū (k) sacra intendunt: וְנוֹחַ אֱלֹהִים הוּא אֱלֹהִים הוּא אֱלֹהִים הוּא אֱלֹהִים *3.* Non à nobis ipsis sumus, Deo quod sumus debemus (obiter *3.* notes, perinde esse, si Maforethas secutus pro *17* *Hic solus* Iubeat, sensusque sit, eius quasi peculium nos sumus) In hoc *Deo simi-* nobiliores cæteris (Angelos excipio) creaturis sumus, quod *lis, solus* animum Dei similem, spiritualis nimirum naturæ, à benefico *ad ulterio-* Patente ceperimus. Similes ipsi in hoc sumus, ad hoc creati, *rem tene-* ut porro ipsi nos ad simulare studeamus. Obligamur ad hoc *tur CON-* gratitudinis naturalis lege. Apud Chineses (l) traditur *FORMA-* humanum genus à Tain creatum per 9. annorum myriades *TIONEM.* durasse, omnesque creatoris artes successu temporis edidi- *l. Dresser.* disse, cum autem ingrati in beneficentiam eius essent, omnes *de Chin.* deletos (an aliqua ad eos de diluvis fama, ut ad Brasilia- *l. 2. cap. 5.* nos, de quibus Staden/ (m) pertigit?) aliosque creatos, *pag. 40.* Iustissimam hanc pœnam, si Deus uti velit, esse, nemo nega- *m. in de-* re posset. *scr. Brasil.* *l. 2. cap. 22.* *pag. 80.*

A 3

Qualis

De qua  
nunc agendum.

§. 7. Qualis autem Confirmatio requiratur, & quid tandem ea importet altioris indaginis est, nobilissimi tamen dignissimi que. Thema hoc meum esto, de hoc pluribus iam disquirendum. Commodabo ergo materię huic aliquid operę, paucissimis tamen, tuaque, Benevole Lector, venia.

Nec Theologicę.

§. 8. Ut ratio instituti constet, de quo quęratur ante omnia dispiciendum. Removemus Theologicam conformationem ab instituto nostro, scilicet imaginis divinę reparationem tam in hac vita, quam in futuro seculo. Πόρισμα est, ut quę in sequentibus dicturus sum, non de conformatione aliquã, spiritualem salutem concernente, accipiantur, sed nude de assimilatione ad exemplar divinum, quantum ex principiis naturalibus liquere potest. Illam ceu fori alieni, Theologorum subsellius relinquimus, manum que ab aliena messe continemus.

Nec Θεωρητικῆς ὄψ. n. part. general. cap. 2.

§. 9. Pl. Rev. & Excell. Dn. D. Calov. (n) νοολογίας suę obiectum constituit cognationem & affinitatem proportionalem omnium rerum inter sese & ad Deum. Hunc etiam tractandi modum proposito nostro non convenire ex eo patet, quod inter Θεωρητικὰς disciplinas illa consideratio referatur, nos autem non conformitatem sed conformationem ἠθικὴν quęramus. Hisce ita pręsuppositis facilior iam ad cętera via est.

sed ἠθικῶς

Fundamentum habet tum creationis debitum

§. 10. De fundamento huius Conformationis non est quod pluribus disquiram, cum pleraque iam in antecessum dicta sint. Illud nempe ex parte Dei est creatio, ex parte hominis debita erga creatorem gratitudo, cui postea acceditabilitas subiecti & aptitudo. Omnes creaturę cum ipsum esse, adeoque omnia sua creatori, à quo acceperunt, debeant, ad eundem semper niti tenentur. Hoc centrum est, in quo demum vera quies, & ad quod omnis motus. Quin etiam pervulgatum hoc est Philosophis: Primum in unoquoque genere mensuram esse reliquorum. Hic ergo summus Deus, primum exemplar, primusque bonitatis & omnis essentię conceptus illud est, ad quod cętera creata exigunt, ad quod semet mensurare, ad cuius normam omnia sua dirigere

dirigere tenentur. Apud Laërtium (o) hæc Platonis ex- o. l. 3.  
 tant: *τέλ & εἶναι τὴν ἕξομοίωσιν τῷ Θεῷ.* Quæ creata sunt, o-  
 mnia aliquo modo adsimulantur Enti supremo, in bonitate  
 nimirum substantiali, ipsoque τῷ εἶναι. Et hæc sola confor- *Tum homi-*  
 mitas inanimatis sufficit. Unico homini hæc competit *nus ob ra-*  
 præminencia, cum ratione instructus sit, ut quotidie semet- *tionem ha-*  
 ipse perficere in bonitate præscripta possit, & ex gratitudinis *bilatatem.*  
 strictissimo debito obligetur. Angelos tamen excipias,  
 namque & his, ceu non minus ac homines natura intelle-  
 ctuali participantibus, ad infinitam illam normam se exige-  
 re, eique conformari datum est, quorum tamen considera-  
 tio alius fori. Hoc autem dictum innuitur aliquo modo il-  
 lo (p) Tullii: *Prima homini cum Deo rationis societas est.* Et p. l. de LL.  
 quod (q) alibi idem: *In sapientia continetur Deorum & homi-* n. 23.  
*num communitas & societas inter ipsos.* q. 1. Offic.  
 §. 11. Impingit hic non mediocriter Thomas Hobbes *Non solam*  
 Anglicus scriptor, dum regnum Dei naturale (r) ita descri- *Des omni-*  
 bat, ut in eo regnandi & puniendi eos, qui leges suas violant, ius Deo sit *potentiam.*  
 à sola potentia irresistibili, & ex vi relatorum, obligationem ad *r. Elem.*  
 præstandam ipsi obedientiam incumbere hominibus (s) *Philos. de*  
 propter imbecillitatem. & quidem ea obligationis naturalis spe *cive c. 15.*  
 cie, ubi libertas tollatur spe & metu, iuxta quam infirmior potentiori, *s. s. p. 265.*  
 cui resistere se posse desperat, non potest non obedire. *f. s. 7.*  
 Improbum di- *P. 268.*  
 & n! An creationis debitum infirmius est, quam quod pos-  
 sit obligationem hanc inducere. Imò si hoc debilius, ad pie-  
 tatem excitandam omnipotentia ne utiquam sufficiet. Po-  
 tentiæ confessio utique metum, sed eum servilem, imò verò  
 terrorem immanem incutit. Tyrannum etiam savissimum  
 formidamus, amor & confidentia nulla inde scaturire pot-  
 est. Imò vero à parte Dei etiam summa esset iniustitia, in  
 eos sibi ius aliquod attribuere, qui ipsi nulla ratione obliga-  
 ti, nisi quod ob imbecillitatem propriam iniustæ coactioni  
 semet opponere nequeant, sed vel invitati qs. in vincula eant. *s. Genes.*  
 (s) *משפט כל הארץ לא יעשה משפט* Potentia id quidem efficit ut satis vitium quis habeat ad op- *18, 25.*  
 primendos alios, ius tamen exercendi nullum exinde na-  
 scitur.

*Aequipol-  
let a fere  
in uniser-  
sum Stasco  
illi : secun-  
dum natu-  
ram vide-  
re.*

t. ap. Lipf.  
2. Manud.  
diff. 16. &

17.  
SECT. I.  
*Exinde re-  
quirit ali-  
qua ab hō.  
qua*

\* 1. Intel-  
lectum.  
*Cōtempla-  
tionem  
nempe*

1. *Ipsius  
digni nu-  
minis, id  
quod &  
nostrum  
debetur*

u. ep. 95.  
v. Cicer. 1.  
off. n. 15, 18.  
vv. Plut.  
de Isid. &  
Ofirid.  
pr. p. 129.

§. 12. Generalem huius Conformationis delinea-  
tionem si cupis, succinctius dare nequeo, quam per alterū  
illud Stoicorum scitum, secundum naturam vivere, id est, ut  
(t) Chryssippeam & Cleantheam coniungamus expositio-  
nem, ita vitam instituere, quemadmodum summa natura,  
naturæque causa Deus eam institui vult & iubet, ipse se ad  
imitandum proponit, naturæque & rationi nostræ, quid ei-  
dem conveniat, indidit. Id quod particulatim iam perfe-  
demur.

§. 13. Duo sunt, quibus hominem ut cætera anima-  
lia æstimamus, Cognitio & Appetitus, quæ in homine stri-  
ctius, Intellectum & Voluntatem dicimus; iuxta hæc ea, quæ  
Conformatio proposita requirit, exigemus. Intellectus sen-  
sum de Deo verum, Voluntas actibus suis tum elicitis tum  
Imperatis Cultum dabit,

§. 14. Sensum de Deo quod attinet, hic diligentissi-  
mum scrutinium summi Numinis exigit, eiusque quantum  
homini datur indagacionem. Huic cætera omnia inniti o-  
portet, fundamento subruto concidunt. Seneca (u) ad  
Lucilium hæc: *Primus est Deorum cultus, Deos credere: p. p. scire  
illos esse, qui præsident mundo, qui universa vi sua temperant, qui huma-  
ni generis tutelam gerunt. Et sicuti ubique in primis hominis (v)  
est propria veri inquisitio atque investigatio: Ita (W) ante omnia  
cognitionem Deorum pro captu humana natura consecrantes, à Diis pe-  
timus nobis eam concedi. quia neque maius homo accipere, neque dignius  
dare munus homini Deus potest veritate. Creatura quæ vis ad il-  
lud obligatur, ut semina perfectionum in se posita indies ex-  
poliat & augeat, & si ita fieri possit ἀκμήν ultimumque à  
natura præfixum terminum adsequatur; quæ intra hunc per-  
sistit, ignaviæ neglectique rea est officii. Posuit autem  
principia hæc naturalia cognitionis suæ in ratione nostra  
beneficum Numen, eaque ex debito ἀναζωπυρώσει decenti  
expolire, augere, & confirmare tenemur, idque quod in po-  
tentia adhuc est, ceu in silice scintilla latet, in actum deduce-  
re. Extremi in Deum contemptus est, ne quidem eum hoc  
dignari honore, ut quis qualisque sit, scire laborares.*

Ab obie-

Ab obiecto fere defumere & diiudicare solemus scientiarum nobilitatem, nec immeritò, ab illo enim totius methodi defumitur mensura. Ubi autem excellentius aliquod, quam Deus summum beatissimumque Ens, adeoque vel suapte excellentia cuiusvis intellectum alliciens? Et quemadmodum Intellectus humani perfectionem in intensione & extensione scientiæ ponunt, ita merito in his ipsis nobilitas attenditur. Fit enim intelligendo aliqua rei intellectæ cum intelligente coniunctio & nexus, imo hic Proteo variabilior intelligendo & conceptus formando omnia qs. fit. Eo etiam magis digna hæc cognitio, quo magis abstrusus à sensibus est spiritus infinitus, adeoque nulli cognitioni, nisi intellectuali & spirituali, pervius. Cum ergò in iis nostrum exercere soleamus intellectum, quæ etiam cognitioni sensuali brutorum obiecta sunt, quo magis illud, quod humanæ naturæ proprium est, diligentia maiori investigamus. Adde sine omni dubio extremæ malitiæ, maximorumque errorum causam necessario fore ignorantiam mensuræ omnis bonitatis, omnis virtutis, omnis perfectionis.

*Et eius  
væρεχῆ  
exigit.*

§ 15. Ex alio etiam Stoici fonte cognitionem hanc & contemplationem divinorum deprædicabant, quod videlicet à communionem corporis animus distrahatur: Scipio (x) ita: *Animus cum erit inclusus in corpore, eminebit foras, & ea quæ extra sunt, contemplans, quam maximè se à corpore abstrahet.* x. ap. Cic. in somn. Scip. n. 21. conf. eud. Tusc. QQ. 1. 16 num. 72. y. 5. de fin. 7. n. 11. Hinc idem beatorum defunctorum mentibus munus adsignant. Aristoteli eo nomine vita contemplativa, rerum nobilium & abstrusarum præcipuè, probatur, quod Deorum propria sit, & ad eorum morem quam proximè accedat, imò in hoc hominis summum bonum, quatenus illud in theoria, collocat. Videre eundem licet hac de re X. Nicom. cap. 7. & 8. & qui ex illo citat (y) Ciceronem. *θεωρεῖν, qs. πρὸς τὸν 2.* Excell. *θεὸν ὁρῶν* aliqui (z) dictum opinantur. Dn. D. Car. loy. 2105. P. 2. cap. 2. Ne iamere quidhic nimis.

§ 16. Unum adhuc notari velim, non hic nimis curiositati pollicem premi, nec indagatoribus & rimatoribus maiestatis occulta sua forem me fieri. Debitæ erga Deum reverentiæ partem facio, de abstrusioribus & quæ non necessaria scitu sunt fateri, NON LIQUET: (α) *Oculos* a. Sen. 7. Nat. QQ. enim 31.

B



enim nostros & implent, & effugiunt. Suspendenda hic nimis  
anxia sollicitudo, omnisque *περιεργία* removenda à tam san-  
cto opere. Regem eiusque voluntatem & exemplum no-  
visse sufficit, in secretiora eius inquirere, Maiestatis crimen  
erit. Ita etiam quæ nos scire Deus voluit, adquiescamus,  
si non intra eorum modum desides manserimus; cæterorum

β. Sen. 7. incuriosos esse (β) in iis autem quæ scire datum est, vere-  
Nat. QQ. cundia limites non excedere decet, imò oportet. In quan-  
30. tum verò ignoratio divinorum aut excuset, aut pœnis subdi-  
ta esse debeat, videndus Grot. Iur. B. & P. 2, 20. §. 44. & seq.  
fufè persequens.

2. eius ope-  
1677.

17. Non autem se tantum Naturæ hic Princeps spe-  
ctari vult, sed opera etiam sua diligentissima indagations  
conspici, imò omnes in his eum ipsum intueri. Neque e-  
nim melius quæ abscondita sunt agnoscimus, quam effectus  
eorundem observando. Universum hoc (γ) *templi* loco

2. Cicet.  
Somn.

est, in quo divina mirabilia spectare licet. (δ) *Sanctissimum*  
*templum ac divinissimum hic mundus est* (Plutarchi verba recen-  
Scip. n. 6. seo) *in hunc inducitur homo, cum nascitur, non manufactorum & im-*

δ. Plut.  
de Tranq.  
animi in  
fin. p. 268.  
huius nem-  
pe universi  
tam cœle-  
stium

*mobilitum spectator futurus simulacrorum, sed earum, quas mens divina*  
*sensiles mente sola cernendorum effigies, in se insitam vitæ motusque*  
*habentes facultatem fabricata est.* Hic iam sobrie philosophari  
decet, nec in solis naturalibus & inferioribus causarum or-  
dinibus hærare (quo nomine media fere physicorum ætas  
apud (ε) Plut. malè audit) sed ad supremum etiam ascen-  
dere omnium causarum principium, & tum demum ab hoc  
secundæ deducantur causæ. In admirandam illam superio-

ε. de de-  
fect. orac.  
p. 550. 551.

rum *σπουδαίων* coniciendi sunt oculi: Sunt (ζ) enim *ε* terra  
*homines non ut incolæ atque habitatores: sed q̄s. spectatores superarum*  
*rerum atque cœlestium.* Plutarchus (η) non ineptè ex Plato-

ζ. Lucil.  
apud Cic.  
2. de Nat.  
Deor. n.

ne, *Visum in nobis à natura fuisse accensum, ait, ut spectandis admiran-*  
*dis que cœlestium corporum motibus anima nostra amplecti condocesacta*  
*decorum & ordinem, odium conciperet in compositorum & vagorum mo-*  
*tuum, temeritatemque & casui fidentem levitatem fugeret, tanquam o-*

140. conf.  
1. de LL.  
num. 26.

*mnis vitii & erroris originem.* (θ) Anaxagoras (ι) dum cœli  
folisque

& de Se-  
nect. n. 77.

η. de sera vindict. pag. 80. θ. confer Bellarm. ad scenf. ment. in Deum grad. 7. 1. Laert.  
in vit. 12.

solisque videndi causa se natum dixit, fortasse non adeo rigidam censuram meritis fuisset, qualem à Lactantio passus est, nisi iam olim eius circa causam supremam inspiendam notata ab aliquo ( $\nu$ ) fuisset incuria. Nec in aëre, ex quibus divinam agnoscat maiestatem, desunt. Quot *ἄσπερα* hic, tot testes. Horatius antea ( $\lambda$ ) *Parcus deorum cultor & infrequens tonitruum terrore attonitus, & de divinis convictus Epicuream se relicturum vitam ait.* Ducit in contemplationem hanc D. O. M. ipse Jobum cap. 38. Ea quæ Elihu cap. 36. à v. 27. & cap. 37. deprædicaverat, adprobat. In inferioribus hisce & terrenis non minus, quæ miretur, quam in superioribus inveniet. Constantissima series naturæ, causæ suæ constantiam fatetur, suamque invariabilem ordinem illius voluntati, & dispositioni acceptum refert. Nulla species ortus sui oblita in aliam degenerat, sed ordinis sui observantissima seipsam conservat. Et quamvis hic humana aliquando quiddam conetur curiositas, reluctantè tamen & quantum in se est adversante naturâ fit, ea que ipsa, quæ cogenti parere necesse habebat, suo relicta ingenio humanam artem eludere solet. Magnitudinem, multitudinem, varietatem, efficaciam, & pulchritudinem horum sublunarium consideranda nobis proponit Bellarminus. ( $\mu$ )

§. 18. Ex universo hoc in Epitomen eiusdem nosmetiplos descendendum est, & ipsa praxis illius pervulgati *ἡ ἀθροισμα αὐτῶν*, inspicienda: Certè qui seipse norit (calculo ( $\nu$ ) Ciceroniano) primum aliquid sentiet se habere divinum, ingenium in se suum, sicut simulachrum aliquod, dedicatum putabit: tantoque munere Deorum semper dignum aliquid & faciet & sentiet. Leges eiusdem sequentia, digna sane. Ex quo etiam ratio deducitur ( $\xi$ ) quod illud sit *τὸ ἄριστον* excellentissimum, in eo, in quo natura eius à reliquis animantibus differt. Reatè Satyricus: ( $\theta$ )

Disciteque ô miseri & causas cognoscite rerum,  
 Quid sumus aut quidnam victuri gignimur, ordo  
 Quis datus?

que cu-

Plut. de defect. oracul. pag. 550.  
 quam sublunarium  
 λ. 1. od. 34  
 & inferiorum.  
 μ. ascens. ment. in Deum grad. 2. c. 1. 2. 3. 4. 5. Sui cum primis i-  
 ν. 1. de LL. n. 58.  
 conf. Lips. 3. Phyl. Stoic. diff. 3.  
 ξ. Cicer. 1. 1. off. n. 96.  
 θ. Pers. sat. 3. v. 66.

que curam exigere. Impegere hic, ut notissimum, Stoici, totam ferè hominis ( $\omega$ ) substantiam in solo collocantes animo. A Socrate fortasse id hausissè videntur, ( $\rho$ ) qui moriturus, nihil se sui relicturum ait. Vim naturæ faciunt, qui animam solam, nec & corpus curare intendunt. Improbata ( $\sigma$ ) Tullio hæc sententia meritò. Nam & *corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem*, ut idem ( $\tau$ ) alibi. Curam Dei circa formationem hominis egregiè contra Mosmos aliquos, & naturæ vituperatores Lactantius ( $\upsilon$ ) defendit. Nec omnino contemnenda circa rem hanc puto, quæ Bellarminus ( $\phi$ ) d. tr. meditat.

*Occurrunt enim beneficia divina innumerabilia,*

§. 19. Beneficia hic divina in se collata diligens inquisitor spectat & agnoscit. ( $\chi$ ) *Cogita quanta nobis tribuerit parens noster.* ( $\psi$ ) *Vnde hæc innumerabilia, oculos, aures, animum mulcentia? Vnde illa luxuriam quoque instruens copia? neque enim necessitatibus tantummodo nostris provisum est, usque in delicias amamur.* ( $\omega$ ) *Nemo est, ad quem non aliquid ex illo benignissimo fonte manaverit.* Theseus (a) satis pie:

*ἄρ' ἐτροφῶμεν, θεῶν κατασκευὴν βίῃ  
δόντων τοιαύτην; οἷσιν ἐκ ἀρχῆς τάδε;*

Singula Euthydemo suo beneficia divina delineat Socrates ap. Xenoph. ἀπομνημ. (b) & ita convincit, ut tandem fateri cogatur: *παντάσασιν εἰκόασιν, ὃ Σόκρατες, οἱ θεοὶ, πολλὴν τῶν ἀνθρώπων ἐπιμέλειαν ποιῶσιν.* Omnia comprehendunt Stoici: dum (c) *ad usum hominum omnia*, quæ in terris gignuntur *creari* docent. De quo Lactantius (d): Recte ergo viderunt Philosophi: sed illud quod sequitur, non viderunt, quod ipsum hominem propter se fecerit. Et quæ ibidem insignia plura addit.

*Cognoscit tandem ex singulorum collatione neminem vere nisi solum Deum*  
E S S E.

§. 20. Contemplatione tandem rerum harum in (e) *vanitatem earum deducimur, quod nihil sit, cui non sua fata, (f) omnia nempe orta occidunt, suis mutationibus obnoxia sunt*

$\omega$ . Cic. in Somn. Scip. n. 19.  $\rho$ . apud Cic. Tusc. QQ. 1. n. 103.  $\sigma$ . 4. de Fin. n. 41.  $\tau$ . de offic. num. 126.  $\upsilon$ . de opific. Dei. cap. 3. pag. 674.  $\phi$ . grad. 1. & 8.  $\chi$ . Senec. 2. de benef. cap. 29. & ibi Lips.  $\psi$ . Gen. 4. de benef. cap. 5. ubi plura.  $\omega$ . cap. 4. a. apud Eurip. *ἰκετιδ.* act. 1. v. 214. seq. b. 1. 4. pag. 503. 504. c. ap. Cic. 1. off. n. 22. d. Div. Inst. Epit. c. 10 e. Eccl. 1. 2. f. Sall. lug. 2.

xia sunt, nec ut principium ita etiam finem sortiri eis repugnat. Unum iam superest Ens invariabile, ad hoc nos mutabilitas creatorum relegat & dimittit. *Revera enim nos essentia nequaquam sumus participes.* Ita Plutarch. (g) & p. p. *Quid ergo de eo ergo revera est, quod sit? id quod sempiternum est, ortus & interitus exors, cui nullus a tempore motus infertur.* Mox: *Deus autem si ita dicendum sit, EST, & est nulla ratione temporis, sed eternitatis immobilis, tempore & inclinatione carentis, in qua nihil prius est, nihil posterius, nihil futurum, nihil prateritum, nihil antiquius, nihil recentius, sed una cum sit unico.* Inde ex sex illis, quæ Seneca (h) è Platone entis genera recenset, secundum est, quod eminet & exsuperat omnia. *Quid ergo hoc est? Deus, sc. maior & potentior cunctis.*

§. 21. Ipsum Deum, eiusque effecta consideranda hactenus ostendimus, superest, ut etiam ipsius providentiæ miranda observentur. Semper sapientis huius directoris actiones in theatro publico orbis prudentissimè gestas illi, quibus divina curæ, lustrabantur, digitumque eiusdem attempto oculo conspectabantur. Speculum illæ sunt iustitiæ & prudentiæ evidentissimum, nec tantum transverso oculo inspiciendum. Homerum sapientiæ omnis Patrem etiam in hoc Græcis suis viam trivisse Plut. (i) testis abundantissimus est. Varii in hoc lapsi, & vel plane hanc sustulere curam divinam, vel in adamantinam atque inevitabilem necessitatem mutavere. Illuc Epicureos, huc Stoicos trahes, semper tamen quoque eruditorum ordo tulit, qui, ut in aliis, ita hic mediâ viâ incessere. Fatum non omninò sine conditione decretum esse, sed ab hac dependere Platoniorum saniores novere. Alcinous (k) hanc in fati propositionem reiicit: *Ille ista faciet, illa patietur.* Hanc probat: *Si ille ista faciet, illa patietur.* Sana iam doctrina percepta in singulis vitæ (l) exemplis, quotidie hunc divinum ordinem & mirabilem ductum Dei divinatorumque studiosus attendet.

§. 22. Consuetudina universæ huius contemplationis sunt: Celebrare Deum & laudare, Gratiis eidem agere. Fluit ex superioribus utrumque. Laudes meretur ipsa essentiæ dignitas, laudes iustissima eius æquitas, laudes divina eius

m. Epict.  
1. dissert.  
cap. 16.

beneficentia. Hymni, Pæanes gentilium notissimi. Dignas Christiano laudes ab Ethnico homine (m) mutuo capiam: Si lusciniæ essem, lusciniæ munere fungerer, si olor olorû. Nunc cum rationale animal sim, Deus mihi laudandus. Hoc meum munus est, hoc facio. Neque stationem hanc deseram, quoad licuerit, vosque ad eandem cantilenam hanc exhortor. Quas ultimas voces inprimis etiam notari velim, non hoc enim à te, cui ordo naturæ & requisita curæ sunt, solum requiritur, ut ipse officio tuo satisfacias, nisi & aliis, ut eodem fungantur auctor fueris. Inde nulla gens, cui non sui sacerdotes, quibus mysteria nota erant, & à quibus in cultu divino alii instructi.

\* 2. \* græ-  
tiam d-  
ctorem.

n. ibid.

§. 23. Non laudes solum, sed & gratiæ debentur benefactori huic. Qui in superiori §. σύμβολον contulit, hic (n) idem præstet. Attendamus: Si sani simus, quid aliud nobis agendum, & publicè & privatim, quam numen celebrandum, & laudandum, & gratias persolvendum est? Nonne & inter fodiendum, & arandum, & edendum hymnus hic cantandus est Deo? Magnus est Deus, qui nobis instrumenta hæc, quibus terram colimus, dedit. Magnus Deus, qui manus dedit, qui vim deglutiendi, qui stomachum: qui efficit, ut latenter adolescamus, ut dormientes respiremus. Hæc singulis in rebus cantanda sunt; & hymnus divinisimus cantandus, quod intellectum rerum dederit, quod vim rationemque utendi. Gentilibus morem fuisse, convivio peracto Diis gratias agere ex hisce (o)

o. 2. xv-  
g. p. 35.  
p. CONVIV.  
spient.  
paag. 290.

q. ep. 73.

Xenoph. docemur: τίλθ δὴ τὰς ἱερίας σπονδὰς ποιήσαντες, καὶ εὐχόμενοι τοῖς θεοῖς τὰ ἀγαθὰ, τὴν σκίθην εἰσκόιτην διέλθοι. Ante cænam idem obtinuisse vel ex Plutarcho (p) patet. Communia pleraq; beneficia sunt, obiiicies, eorumque nomine, non ego gratias debeo, sed universorum id opus est; nec scilicet singulorum sed universorum hæc utilitatibus descripta sunt. Ingrate! Seneca (q) te pudefaciat: Stulta avaritia mortaliū, dicens, possessionem proprietatemque discernit, nec quicquam suum credit esse, quod publicum est, at ille sapiens nihil iudicat suum magis, quam cuius illi cum humano genere consortium est. Verum enim verò, quæ dignæ Deo gratiæ? Euthydemus (r) ad Socratem: ἐκείνο ἀθυροῦ, ὅτι μοι δοκεῖ τὰς τῶν θεῶν εὐεργεσίας, ἢ δ' ἀν εἰς ποτὲ ἀνθρώπων ἀξίας χεῖρα ἀμείβεσθαι. Te Deo debes, Te imitatus Æschinis (s) exemplum, redde. Totus Domini tui es,

r. ap. Xe-  
noph. 4.  
ἀπομνημ.  
pag. 505.  
s. Sen. 1.  
de benef.  
cap. 8.

tui es, quicquid agis, eius auxilio agis. Ingenuum est illud

(t) Biantis: δ', τι ἀν' ἀγαθὸν παρὰ τῆς εἰς θεὸς ἀνάγκης.

t. Laert.

24. Intellectum tuum instruxi, homo, voluntatē iisdem informare præceptis laborabo. Dispescunt eius actus Scholastici in imperatos & elicitos, notissima sane distributione.

in vita Bi-  
ant. l. 1.

SECTION  
I I.

Huius generis tria principalia constituo Amorem, confidentiam & reverentiam. Singula autem ista, ut in antecessum quædam dicam, Deo non alius rei gratia, quam ipsius causa præstanda. Exulet omnis in propria commoda aut præmia respectus. Hoc enim feceris; non Deum sed teipsum qua-

\* II. Vo-  
luntatem.

hic CVL-  
TVS, con-

sideratur

ut i. serius,

idque a-

ctibus tum

1. elicitis

f. affectu.

Deo propter

ipsum præ-

stando, sine

intuitu u-

tilitatis.

ris. Illud Antigoni Sochæi(u) nævo caret: אל תהיו כעבדים

הממששין את הרב על מנת לבקל פרם אלא הווי כעבדים

Utut Saddu-  
caorum male Doctoris verba intelligentium errori ansam præbuisse videatur. Malos Poëta (W) dicit, qui pæne for-

midine vitia linquant, bonos, qui virtutis amore. Nimis servilem animum esse oportet, cui ut ad virtutem colendam exci-

tetur, aut mercedis ostentatione, aut flagri interminatione opus est. Mercenariorum eiusmodi opera Deo placere nequit. Huc adfit Hobbei Hyperaspista ἀνάνουθ, qui non

u. פרקי

אבות

פרק א

vv. Horat.

x. Dissert.

de pp. Iust.

& Decor.

pro Hobb.

pag. 10.

y. pag. 113.

veretur eò impudentiæ progredi, ut hisce nefariis vocibus chartam commaculet: (x) Si Deus non decrevisset exercere iudicium, nulla hominibus incumberet necessitas sequendi virtutem. Et ne

voces hæ per imprudentiam elapsæ videri possent, singulari thesin hanc inculcat, & probare contendit. Sed ut

ἄξιότησαι omnind βλάσφημον, ita argumenta nulla: nam quod eandem rationem dicat in hoc esse, quæ in operibus charitatis est, 1. falsissima illa ipsa sunt, quibus se fulcit, nostri sci-

licet causa aliis benefaciendum, tum longè diversa ratio, nō enim pari modo proximo nostro, quo Deo, obligati sumus, illud enim debitum generis solum cognatio, hoc verò crea-

tionis beneficium & devinctio contraxit. את יהוה (z) אהבת 6, 5.

Quamcunque particulam hic refecas tibi que ipsi adproprias, eam ceu Ma-

iestatis divinæ sacrilegus depeculator abstulisti, tali facinore, quod animus horret. Proximi dilectionem propriæ charitatis sacræ literæ adæquant, divinum amorem μείζωνis ma-

iozem

iorem esse oportet. Impie homo! (Nomine hoc dignissimus est, cui ne Deus quidem Ter Opt. Max. honore, nisi ob proprium commodum dignus:) Tam paucane in Te pessima meritum Dei nostri beneficia, ut nisi plura speranda superessent, aut infernales metueres cruciatus, Optimum hunc benefactorem non venereris? Liberos cultores Deus requirit, ceteros fastidit. Quin & primum Homo iste fingit vitæ & morum id, quod Deus ex mera gratia se daturum promisit. Immemor illius effati: (a) *δύλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν*. Longe saniores Ethnici, qui etiam ob solam virtutis intrinsicam præstantiam & dignitatem, ei studendum esse statuere, ut non deessent ex eorum numero, qui immortalitati animæ se opponerent, & ita virtutis nullum expectarent præmium. Epicurei meliores, quibus (b) *præstans Deorum natura hominum pietate colitur, cum & æterna sit, & beatissima; habet enim venerationem iustam, quidquid excellit*. Aristippus infamis illius Cyrenaicæ sectæ conditor interrogatus, quid eximium Philosophi habeant, Respondit: (bb) *si omnes leges intereant, æquabiliter vivemus*. Philof: Romanus graviter, (cc) *satis nobis (si modo in Philosophia aliquid profecimus) persuasum esse debet, si omnes Deos, hominesque celare possimus, nihil tamen avare, nihil iniuste, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum*. Quid autem miror impudentis hunc lapsum, cum idem (c) finem hominis opinetur unicè *sui conservationem*, & dicat: (d) *Homo ex contemplatione mundi intelligit suum officium esse semet conservare in vita, quod p.p. extendit, ut etiam evitacionem eorum comprehendat, quæ naturali membrorum usui repugnant*. Exclusivam autem orationem hanc esse exinde patet, quia à p. 28. hucusque tanquam in loco classico de fine creationis agere intendit, nec tamen quidquam præter hunc finem notat. Quanta inter hunc hominem (pudore credo talium nomen suum reticuit) & Lactantium differentia: Hic (e) ingenuè factetur: *Si quis hominem, qui verè sapit, interroget, cuius rei gratia natus sit, Respondebit intrepidus ac paratus, colendise Dei gratia natum, qui nos ideo generavit, ut ei serviamus*. Ille verò seipsum sui que salutem pro fine creationis venditat. Loca quæ pro se è factis adducit, adeo nihil ad rem faciunt, ut mirer perfrectam auctoris

a. Luc.  
17, 10.

b. Vellei.  
ap. Cicer.  
1. de Nat.  
Deor. n. 45.

bb. D. La.  
ert. 1.2. in  
Aristipp.

cc. Cicer.  
3 offic. n.  
37.

c. Apolog.  
pro Hobb.  
pag. 33.

d. pag. 34.  
conf. infra  
§. 33.

e. 1. 4. Div.  
inst. cap. 9.

auctoris frontem, incentiva pietatis argumenta à primario fundamento dignoscere aut nescientis aut nolentis. Ex creatione Deo cultum debes, quod nunc gratuito aliquid ceu primum promisit Dominus, id eò magis stimulet, non autem unicum esto fundamentum. Quoties quæso in communi etiam vita, iis, qui tamen tenebantur ad præstandum quiddam, additis promissis alacritatem maiorem conciliare studemus.

§. 25. Sed ad singulorum evolutionem propero. *Hic occurrunt*  
Amor primum illud est, quod ex voluntatis fructibus Deo nostro debemus. Illum ex totis penetralibus amandum, *1.\* Amor.*  
adeo extra dubitationis aleam positum est, ut non immeritò hoc ipsum (f) inter practica principia prima locum suum *f. Excell.*  
obtineat. Amorem nostrum omnem in bonum ferri, ex *Dn. D.*  
moralibus novimus. Summum inde bonum, hunc affectum in *Calov.*  
sumo gradu expetet. Benefactores amamus, parètes amamus? *υοολογ.*  
amemus E. eorum principem. Quantam hic devotionem in *c. 8. can. 11.*  
gentilium religione invenimus. Videmus (g) Narfinganos *g. Navig.*  
Pagodis sui curru semetipsos, ut rotis obterantur, subster- *Orient.*  
nentes; videmus Deorum etiam falsorum amoris ergo atro- *collekt.*  
cissima prælia mota, imo interneciva bella orta. Amor hic per frat- *de Bry.*  
fundamentum omnium actionum esse debet, huic nisi or- *de Bry.*  
tum suum debeant, illegitimæ & spuræ meritò censentur. Neq;  
enim externam obedientiam requirit Deus, nisi huic fulcro  
innitatur ea. Regula Hobbei (h) generalis hic obtinet: *Quan-h. c. 4 §.*  
*quam quis omnes actiones fecerit tales (quod attinet ad externam obe-*  
*dientiam) quales Lex iubet, sed non ob legem ipsam, sed propter pœnam*  
*adiunctam, vel gloria causa, tamen eum iniustum esse. Perfectio &*  
*integritas cordis hic præcipuum est. Ut mirari satis ne-*  
*queam, qui idem author (i) in cultu divino recensendo præ-*  
*cipuam partem, Dilectionem summam, non quidem omiserit, re-*  
*& seq.*  
cipuam partem, Dilectionem summam, non quidem omiserit, re- & seq.  
ipsa tamè ideo tacitè sibi repugnare videatur, quod hominis  
erga Deum obligationem *in divina omnipotentia, hominumque*  
*imbecillitate fundet*: ubi quidem Timor immensus & idè  
veneratio oritur, sincerus autè amor huic non innititur fun-  
damento; alius scilicet respectus ad eum efficiendum neces-  
sarius est. Superius de eodem §. 11. plenius dictum est.

C

§. 26. Con-



2. \* *Confidentia*. §. 26. *Confidentiam* eumque, qui Theolo-  
 gis filialis dicitur, timorem amor verus secum trahit, ne hic  
 sine illo stare potest. Jucundum hoc & egregium amoris  
 & timoris temperamentum. Superstitiosus hoc nomine  
 meritò accusat Plat. (k) dum inquit: *Superstitiosus & odit*  
*Deum & metuit. Quid enim? cum ab eo maxima sibi illata esse, illa-*  
*tumque iri mala existimet. Iam qui Deum odit & metuit, eius est ini-*  
*micus. (l) Neque interim mirum est, quod eos timens adorat, ac sacris*  
*veneratur, & ad templa adsidet. Fundatur confidentia illa in*  
*certitudine benignitatis divinae. Qui autem Deum ceu*  
*Tyrannum formidant, hos impiis atheisque peiores cit. auct.*  
*d. l. pronunciat: Deos (m) nemo sanus timet. Furor est n. metuere saluta-*  
*ria: nec quisquam amat, quos timet. Deo (n) satis est, quod colitur & a-*  
*natur. Non potest amor cum timore misceri. Voluntarios cul-*  
*tores Deus requirit, suaque benignitate motos, non ser vili*  
 o. Cic. 1. aliquo & ad pœnam pavente animo: ut modo dictum §. 24.  
 de LL. n. Religionem non metu, sed ea coniunctione, qua est homini cum Deo  
 43. conservandam (o) Romanus putat. Hac ingenua in sum-  
 mum numen confidentia concepta ipsius causa omnis virtu-  
 tis, si quam maximè testis ablit, studiosus erit.

3. \* *Reverentia*. §. 27. Reverentia humilis & humilitas reverens ex  
 hisce resultat. Colendus enim est honore maximo, cum  
 Maximus ipse sit. Adeoque non omninò absonum illud  
 Epicuri (p) dogma est, tanquam naturam excellentem atque  
 præstantem colendum esse Deum: Dummodo hoc non exclusive,  
 ut ex mente Epicureorum id est, accipias, nam etiam ut be-  
 nefactorem revereri obligamur. Cultus autem illius præ-  
 cipuum est, ut Sanctitas & Puritas emineat. Cultus (q) Deo-  
 rum est optimus, idemque castissimus atque sanctissimus, plenissimusque  
 pietatis, ut eos semper purâ, integrâ, incorruptâ, & mente & voce vene-  
 remur. Huc multa in veterum sacrorum ritibus respiciunt.  
 f. Cic. 2. de Inde ut scilicet etiam ipse aër purus & impollutus in sacro-  
 LL. p. 421. rum, celebratione existat, suffituum fere rationem deducit  
 t. Laert. (r) Plutarchus. Hoc non minus nomine albus color com-  
 in vit. l. 8. mendatissimus in sacris habitus. (s) fuit: ἰσόρροπον est illud  
 u. Lacon. λευχειμονέντας καὶ ἀγιεύοντας. Apparet etiam ex (u) Plut. hi-  
 Apophth. storia,  
 pag. 400.

istoria, consuetudinis fuisse, ut illi, qui sacris initiandi fuerant, eorum, quæ sibi conscii essent, ederent confessionem, hacque peracta expiari possent, ne polluti ad Deos accederent.

§. 28. Humilem autem dixi reverentiam. Omnis *eaque in-*  
superbia hic exulet. Invisa illa homini, infimo etiam cui. *milis.*  
que, multò magis Deo omnium supremo: Aristoteles (v)  
de Alex. ad Antip. Non debere illum efferri ob magnitudi-  
nem imperii. Nihilo enim minus id licere ei, qui veram  
Deorum notitiam habeat. Oppianus, (W) vertente Ri-  
tershusio:

*Sola immortalis vincit natura Deorum*  
*Mortales. Illam hi fas est, ut cernui adorent,*  
*Illam confessi sese virtute minores.*

Intolerabilis supremo numini omnis insolentia. Artaba-  
nus (x) verissimè: φιλέει ὁ Θεὸς τὰ κατερέχοντα πάντα κολέειν.  
p. p. ἔγὰρ εἴα φρονέειν ἄλλον μέγα ὁ Θεὸς ἢ ἑαυτὸν. Etiam Princi-  
pes subditis, quibus animus paululum erectior est, (y) βα-  
ρεῖς καὶ ἀφόρητοι κατερομίη fiunt; quo magis, cum ipsius non ser-  
vi modo sed & indigna opera simus, illud Jolai (z) obti-  
nebit:

*τῶν φρονημάτων*  
*ὁ Ζεὺς κολασιῆς τῶν ἀγῶν κατεφρόνων.*

Plutarchus (a) quod divinæ adorationes velato capite  
fiant, hanc probabilem rationem dat, ut animi demissio ob-  
nubilatione hac demonstratur. Imò quotiescunque de di-  
vinis ulla incidit cogitatio, animus tacita confessione illicò  
se submittit.

§. 29. Pars cultus prædicti Invocatio est. Seneca  
se opponit, eoque fastus provehitur, ut his vocibus non eru-  
bescat: (b) *In totum iam per maxima actō viro turpe est, etiamnum* *Species qd.*  
*Deos fatigare. Quid votis opus est? Fac te ipse felicem.* *omnium*  
*Quam stultum est optare, cum possis à Te impetrare, ( Videbis hic* *est In voca-*  
*tio.*

C 2

*fuccen. v. ap. Plut.*  
*de profect,*

virtut. sent. pag. 187. vv. cit. Camerar. Hor. Subc. 2. 80. x. ap. Herod. 7. f. Po-  
lymn. pag. 442. y. Herodian. 1. 9. 28. conf. Lipf. Polit. IV, 6. 12. & in orat. Mæcen.  
ad August. ap. Dion. l. 53. p. 60. z. Eurip. Ἡρακλιδ. act. 2. v. 387. conf. Sen. Herc. Fu-  
rent. act. 2. v. 384. a. QQ. Rom. 10. b. ep. 31. c. ep. 41.

d. ep. 77. succensentem Seneca Muretum not. ad h. l.) Alibi (d) alio principio usus Poëtam adprobat :

*Desine fata Deum flecti sperare precando.*

Sed ut ultimum hoc ex inani decreti ineluctabilis persuasione profectum, ita illa tumoris blasphemi plenissima sunt. Omnino fac te ipse felicem, Seneca, si potes. Felicitati tuæ congratulante m, tuamq; suspicientem operam me habebis. Impia sententia ! longè idem sanior, dum fastus sui oblitus, hoc argumento (e) contra beneficia divina disputantes perstringit illis negatis vota omnium in ventum concipi. Et alibi :

e. 4 de

benef. c. 4.

f. Sen. 2.

Nat. QQ.

cap. 37.

g. Laert. in

Zenone

l. 7.

h. Plin. pa-

neg. p. 5.

i. Lacon.

inst. p. 414.

k. confer

Sallust.

Catil. c. 52.

l. ep. 1. ibi

Lipl.

m. Sat. 2.

v. 4. & seq.

n. 1. ep. 16.

v. 57. seq.

o. ap. Plut.

de defect.

orac. p. 517.

p. Eurip.

Troad. act.

2. v. 461.

q. cit. Gue-

var Horol.

princ. P. 1.

cap. 2.

r. Lucnal.

fat. 10.

v. 346. seq.

fatorum obiectione ipse (f) liberare tentat. Apud alios vix in controversia hanc partem fuisse autumor, sed illud ubique in sacris solenne habebant. Commune etiam Stoæ hoc dogma: (g) *ἔυξεται ὁ σοφὸς αἰτέμεν ὅ τὰ ἀγαθὰ ἴσθαι τῶν θεῶν.* Verum tandem precum modum à Panegyrista (h) mutuemur: *Animadverto Deos non tam accuratis adorantium precibus, quàm innocentia & sanctitate latari: gratioremque existimari, qui delubris eorum puram castamque mentem, quam qui meditatam carmen intulerit.* Vota ignavia non patrocinari hoc apud Plut. (i) vult institutum, quo Dei opem implorandam non esse, dicebant, nisi rem adgressus ipse sis, aliquidque egeris. Alibi exemplo gubernatoris nautici illustrat (k). Multus apud gentiles olim etiam huius sacri abusus vigeat, turpissima vota Diis infusurrabant, notati proinde non frustra à Seneca, (l) & Satyricis, Persio (m) atque Flacco (n). Planetiades Cynicus (o) non dubitat hanc causam adsignare oraculorum defectui, quod turpissima vota & nefarias quæstiones Deo proposuissent. Omnibus autem remotis scoriis dignissimum homine munus est hoc ipsum. Hecuba (p)

*ἔχει τι χῆμα κικλήσκων θεῶς,*

*ὅταν τις ἡμῶν δυσυχῆ λάβῃ τυχῆν.*

Brusilius Philosophus (q) laudi sibi ducebat, quod plus cum Diis, quam hominibus locutus esset. Quod idem de Carolo V. principe religiosissimo produnt. Unum leviter monebo, illa Satyrici: (r)

*Si consti-*

*Si consilium vis,  
Permites ipfis expendere numinibus, quid  
Conveniat nobis, rebusque sit utile nostris.  
Nam pro iucundis aptissima quaeque dabunt Dii  
Carior est illis homo quam sibi.*

( quæ ex istis Socraticis: (1) εὐχετο πρὸς τοὺς θεοὺς ἀπλῶς τὰ ἀγαθὰ δίδόναι, ὡς τοὺς θεοὺς κάλλιστα εἰδότες, ὁποῖα ἀγαθὰ ἐστὶ, hausit ) non nisi cum grano salis mitiorique interpretatione capienda esse.

§. 30. Hoc præceptum Lucilio suo ex Epicuro (t) \* 2. Imperatoris s. Efectu. Cultus enim internus operatur \* 1. Abstinentiæ ad normam divinam, ut dicitur in universum

Stoicus præbet: *Aliquis vir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, ut sic tanquam illo spectante vivamus, & omnia tanquam illo vidente faciamus.* mox. *Illum semper tibi ostende, vel custodem vel exemplum.* Opus est, inquam, aliquo ad quem mores nostri se ipsi exigant. Nisi ad regulam prava non corriges. Exemplar tale neminem melius præstat, quam ipse, qui se nobis ad hoc proposuit, Deus, normarum perfectissima. Platone (u) auctore Deus se in medio exemplar omnium bonorum cum proposuisset, humanam virtutem, quâ homo similis Dei aliquo modo saltem redditur, parandam concessit his, qui Deum sequi possunt. Excell. Calovius (w) inde hoc deducit, quia bonum id, quod per essentiam tale est, reliquorum bonorum, quæ per participationem eiusmodi sunt, & norma & idea esse debeat. Idem ex Platonis & Trimegisti auctoritate deducit. Inde Θεοειδής ap. Homer. virtutis studiosi (x) Plutarcho interprete. Huc id Diogenis (y) τὸν ἀγαθὸν ἀνδρῶν, Θεῶν εἰκόντας εἶναι. Principi ministri imitatione morum saepe ridicula blandiuntur, imitatio divinæ bonitatis mille modis sanior. Et quamvis infinitam hanc infiniti bonitatem nullo modo adsequi valeamus, sit tamen quodam prodire tenus. Virtuti autem soli hæc patet via: ea vinculum, quo infinitæ bonitati næcti licet. Ea (z) hominem Deo iungit. Et (a) eadem certe virtus in Deo & homine, A. C. apud analogia inter diversa hæc genera legitimè instituta. Summa Xenoph. i. est apud ἀπομν. pag. 450.

2. Sen. ep. 11. u. apud Plutarch. de sera vindict. pag. 179. vid. ibi seq. vv. 100-102. P. special. cap. 8. can. 14. x. de Homero pag. 98. y. apud Laert. l. 6. in Diog. z. Cic. QQ. Acad. 2. pag. 139. a Cic. i. de LL. n. 25.

est apud Senecam: (b) *Vis Deos propitiare? bonus esto. Satis illos coluit, quisque imitatus est.*

(c) *ὅδ' ἔνα γὰρ ὄψιμα δαιμόνων εἶναι καλόν.*

Cardo hic totius moralis disciplinae versatur, si assimilatio ad sanctitatis divinae normam recte constituta fuerit. Est enim voluntatis divinae rectitudo ceu mensura aliqua bonitatis moralis. Non id dico, ideo res bonas iustasque hoc nomine censerem, quia Deo ita complacitum sit, sed potius conversim, complacentiae illius unicam rationem esse iam antea existentem cum essentiali Dei bonitate conformitatem, & in hoc formalem moralis rectitudinis rationem consistere. Huic principio ortum suum debet immutabilitas legis naturae, utpote quae ipsissimum exemplar sit aeternae illius divinae Bonitatis, cuius effigie primaevis homo circumgessit, nobis rudera paucula reliquit, ad quae complenda an niti porro oportet. Ab illa archetypa ἀγαθούτης quam primum recesserimus, omnes honesti inhonestique limites moti, nec quidquam certum, sed omnia vanorum ludibrii exposita. Omnia praecipua, omnesque leges in arbitraria Dei statuta convertentur. Quod etiam nonnullorum ex Calvini schola dogma, ut nuper fusius ostendit & redarguit Pl. Rever. & Exc. Dn. D. (d) Dannhavv. Ab eadem sententia non omnino alienus Hobbaeus: (e) Cui virtutes morales hoc ante omnia respectu tales videntur, quia ad pacem publicam conducant. Cur non à firmiori certiorique principio fundamenta haec Ethica derivat? cum apertissimè in sacris huc ablegemur, Levit. 11, 44. & 19, 2. & 20, 7. 26. 1. Petr. 1, 16. Matth. 5, 48.

*sum prae-  
pue qua  
1. Benefi-  
centiam.*

§. 31. In quatuor autem membra ea, quae praecipue homini exprimenda dividam. Beneficentia agmen ducit. Beneficentissimum numen esse supr. §. 19. patuit. Idque non commodum suum respiciens facit, sed solum operis dignitatem (f). Maxime cum (g) etiam plerumque occultè benefaciant, sua scilicet ipsi beneficentia delectati, & (h) bonorum principes. Nos ergo & ipsi

b. ep. 95. c. Iphigen. ap. Eurip. ἰφίγ. ἐπιταύρ. act. 2. v. 392. confer Plut. de Stoic. repugn. pag. 26. & de Herod. malign. pag. 513. d. Hodon. or. Calvin. Phantasm. VI. §. 1. 2. p. 1097. seq. e. de Cive c. 3. §. 13. p. 62. conf. infra th. 33. f. Sen. 4. de benef. cap. 3. g. Plut. de discr. adul. & amici pag. 167. h. id. tr. non poss. Suav. vivi secundum Epicur. pag. 108.

& ipsi in illos, quos socios habemus, benefici sumus. Fluit enim hoc ex collatione bonorum (i) per participationem, mutua affinitate & vinculo naturali. Ex (k) quo id, quod *Decet hic in homines generis nostri esse, nec in propria salute.* propensi sumus ad diligendos homines nascitur. (l) Communis hominum inter homines naturalis est commendatio, ut oporteat hominem ab homine ob id ipsum, quod homo sit, non alienum videri. Identitatem aliquam causalem agnoscunt Metaphysici, ea hic maximè locum habet. (m) Quis amicior quam frater fratri? ut etiam Cyrus (n) dicere audeat, *ἑαυτὴν κἀδεται ὁ παρὸν ἀδελφῶν.* Omnes autem fratres sumus, omniumque idem est pater, ut ex Pacuvio Tullius (o). *πατὴρ πάντων* (p) Stoicorum huc tendit. Ab uno ortum duximus viro. Quo argumento (q) Grotius ad confirmandam societatem naturalem utitur. Una (r) civitas universum hoc est, cuius nos singuli cives. Hos inter seipso beneficios esse, ut Respublica salva maneat, oportet. (usi alias hoc argumento sunt Stoici (s) contra exilii difficultatem) Qui ergo alterius necessitatibus suum subsidium subtrahit, hanc unitatem rumpit. Nec omnind excluduntur illi, qui ob vitam homine minus dignè gestam humano iure indigni videri possent. Dei in hoc nobis præeuntem benignitatem (t) Heracleo proponit, & naturam eius explicat. Summa est: Natura præscribit, ut homo (u) homini, quicumque sit, ob eam ipsam causam, quod is homo sit, consultum velit, inde necesse est secundum eandem naturam omnium utilitatem esse communem. Huic fundamento universa, quæ de conformanda civili societate traduntur, inniti oportet. An etiam ad bestias sese extendit hæc beneficentia, cum & illæ communem creatorem nobiscum agnoscant? Est aliquorum hæc mens, ita ut etiam carnis vescendæ causæ innoxium animal occidere piaculum ducant. Inclinat eo Plutarch.

i. Excell. Calov. *νοολογ.* P. spec. cap. 8. can. 16. & seq. k. Cic. 1. de LL. n. 43. l. Cic. 3. de Fin. pag. 261. m. Micipsa apud Sallust. Jug. cap. 10. n. apud Xen. 8. *παύδ.* prop. à fin. pag. 162. o. 1. de Divin. num. 132. p. apud Laert. l. 7. in Zenon. q. de I. B. & P. proœm. pag. 4. r. Cic. 3. de fin. n. 64. s. Cic. parad. 2. & Plut. de exil. pag. 521. x. apud Plut. de orac. defect. pag. 517. consimile Matth. 5, 45. u. Cic. 3. offic. num. 27.

Plutarch. orat. de usu carn. Fortasse etiam Pythagoram huc adscripsero ( nisi hunc μεταμύχως eo erroris deduxit, aut ea quæ Laërtius (x) scripsit veritati conformia ) qui adhuc hodie cōplures in India ad stipulantes habet, Brachmanas, (y) Guzarates, (z) Cambaianos, (a) ( qui etiam ferarum habent xenodochia ) Iavanos (b) mediterraneos, Calecutæorum (c) primores, Cannovanos, (d) aliosque. Turcas item in bestias fere, quam homines benigniores novimus. Imo hoc nomine lucernam Romanos extinguere solitos non esse, auctor est (e) Plut. Et inter alia hodiernæ Angliæ ἀπορία, etiā hoc est cuiusdam Webi (f) hominis novæ lucis : *Illicitum esse in hominis usum ullam creatu-*

*Distingui- ram occidere.*  
*sur.*

Verum enim verò, cum eo ipso, quod ignobiliores homine creavit feras & iumenta natura, ea hominis subiecerit imperio, superstitione hæc opus non est. In hunc finem explicio illud Stoicorum : (g) μηδὲν εἶναι ἡμῖν δίκαιον πρὸς τὰ ἄλλα ζῷα διὰ τὴν ἀνομοιότητα. Ad usum hominis creata hæc sunt, dummodò in contumeliam creatoris iisdem (h) non abutamur. Cruciatibus magnis illa agitare crudelitatis est, neque enim sævitæ nostræ spectacula sed necessitatum instrumenta esse voluit natura. Non absolum autem est Pythagoram (i) ipsum in brutis animalibus ad suæ fecisse suos ad vitandam crudelitatem & iniurias. Bruta ergo huc directè non faciunt, homines autem omnes, cum Deus iisdem eos, quibus nos, donis affecerit, communibusque bonis præfecerit, in eundem censum veniunt.

*Digressio  
 de Hobbeso  
 diffidentiam do-  
 cente.*

§. 32. Amoris huius & inde ortæ beneficentiæ non ultimum est, de quo vis bene sentire, usque dum contrarium experientiā pateat. Impingit hic Thom. Hobbes; cui hoc principium notissimum : (k) *Ingenia hominum eiusmodi esse à natura, ut nisi metu potentia alicuius communis coërceantur, fore ut sibi invicem diffidant, & sese mutuo metuant, & ut propriis viribus singuli sibi cavere*

*cum*  
 x. in ipsol. 8. y. Linschoten. Ind. Orient. cap. 36. z. cap. 37. a. cap. 37.  
 b. Navig. Holland. 1594. cap. 24. c. Navig. Holland. ann. 1607. quæ contin. parte IX. Orient. Ind. Fratr. de Bry. d. Navig. Angl. parte IX. Orient. Ind. cap. 13. e. QQ. Rom. 75. f. apud Honor. Regg. de stat. Eccles. Angl. pag. 102. g. Laert. in zæo. l. 7. ex Chrysippo & Posid. h. confer Prov. 12, 10. i. Plut. de cap. ex host. utilit. pag. 206. k. Elem. Philos. de Civæ præfat. ad Lect.

*cum iure possint, tum necessario velint.* Approbativa verba hæc esse, ultima illa, & quæ p. p. sequuntur, ubi inter affectus animali naturales, quos malos non esse pronunciat, diffidentiam hanc collocat, evincunt. *A natura, ait, ingenia hominum hoc habere:* si phrasin hanc explicet, ut in seq. verbis alicubi dicit, *ab ipsa nativitate* (Locutio hæc (l) nec à sacris aliena literis, ut *φύσει* dicatur adesse id, quod non quidem essentialem & necessarium nexum cum subiecto quodam habet, ipsi tamen à nativitate mox adhæret, ut Ephes. 2, 3.) tolerari posset, ut sensus esset, diffidentiam hanc partem esse corruptæ nostræ naturæ, quæ à nativitate usque ipsi adhæreat: Hobbei autem mens hæc esse nequit, cum inferius affectum hunc animali naturalem nec adscititium, imo bonum dicat. Luce ergo meridiana clarius est, verba eius ita capienda esse: primum id esse principium, & quidem non id dici, quod communiter apud malos fieri soleat, sed quod optimè, ex norma scilicet naturæ adeoque divina, agere ita liceat. Hisce ergo præsuppositis penitius Hobbes considerandus. An horum naturalis proprietates est, mutuo se tanquam immanes feras metuere, nec ullo momento securitatem à genere proprio polliceri, quibus summa præcepti à Deo data est, imo qui principium hoc, ut lex omnino universalis esse intelligatur, *ἐν ταῖς καρδίαις* (m) stylo plus quam adamantino *γραπτὸν ἐνδείκνυσται*? (n) *אִהַבְתָּ לְרֵעֶךָ כְּמוֹךְ* (o) *ὡς σεαυτὸν.* Normativum *כ* est nec tantam prærogativam philantiæ præ amore proximi permittit, ut te verè, proximum specie à quo iam exitium tibi imaginari subinde naturæ humanæ Lex requirit. Ennius (p) ita: *Quem metuunt, oderunt: quem quisque odit, perisse cupit.* Et (q) *nemo ei satis fidus est, quem metuit.* Dilectionem autem Lege non perfunctoriam sed (r) *ἐν καρδίαις καρδίαις* requiri scimus. Sibi saltem non diffidit Hobbes, cur ergo sibi quam proximo amicior? Aut si omnino diffidere prurit, in hac saltem sententia sibi diffidat. Ne tamen dictatoria edicta proponere velle videatur Hobbes, rationem ex communi experientia allegat. Sed *ἐδὲν ὡς ἐς διόρυσον.* Licitam enim, imo debitam sui ipsius custodiam

1. Scheibl.  
 Metaph.  
 11, 8. art. 4.  
 p. 1. 5. 92.  
 pag. 653.

m. Rom.  
 2, 15.

n. Levit.  
 19, 18.

o. Matth.  
 22, 39.

Marc. 12, 31.  
 Rom. 13, 9.

Iac. 2, 8.

p. ap. Cic.  
 2. off. n. 23.

q. Meleag.  
 ap. Curt.

10, 8, 1.  
 r. 1. Tim.  
 1, 5.

D

studiam



stodiam & legitimam prudentiæ cautionem promit, ut exinde suspiciosam suam diffidentiam adstruat. Tenetur scilicet quis ad hoc, ut sui curam gerat, inde & privata & publica circa hoc occupatio. Et in eo nullatenus fallitur Hobbes (f) à natura animalia hoc habere, ut qua impendant mala, aut metu fugiant, aut ira repellant. Affectus in hunc finem (t) à natura subministrati, ut eorum ministerio in bonum adpetitus inclinet, malum idem fugiat. Id desidero, quod custodiam hanc licitam extendat ad illicita usque (u) Diffidere, cavere, anticipare, subiugare, quoquo modo se defendere perpetuo bonis & modestis incumbit. Ita Hobbes. Hoc est in quo limitem humanæ necessitatis transcendit, ut in superioribus patuit. Ex hoc fundamento p. p. (W) Anglus infert: Conditionem hominum extra societatem civilem aliam non esse quam bellum omnium contra omnes; atque in eo bello ius esse omnibus in omnia. Id quod postea latius (x) exponit. Omnes homines nunc Ismaëlis (y) per Hobbeum posterius Congratulamini ergo vobis, (z) quibus regionis termini hastarum cuspides, non enim proficua solum, sed & ipso iure concessa ambire vos patet trophæa. Causa erroris, in quem lapsus est Hobbes, in eo latet, quod in statu hoc naturali, i. e. extra societatem civilem, hominem consideret tanquam nullo debiti affectus & benevolentiae respectu alteri è genere suo devinctus esset, quod falsissimum, ipsa enim natura communis, ut modo dixi, excludit hunc ficti iuris rigorem. Nec debita humanæ naturæ ἀντάφρα ius in omnia singulis permittit, ut inde dictæ discordiæ oriri possent, ( quantumvis (a) subsidiarius pro eo pugnet, ) verum id plura non concedit, quam ut indigentiae humanæ satisfiat, & in quantum iure sibi vindicato alteri iniuriam non infert. Falsissimum enim est hominem in tali statu considerari posse præcisa ratione ad genus suum, quam primum enim aliquem, in quem ius prætere posse, fingimus, sic respectus hic fraternitatis resultat. Certè in tantum diffidens ista suspicio improbanda, ut potius in alterum extremum nimiae credulitatis incidendum esset. Seneca (b) : *Vtrumque vitium est, & omnibus credere, & nulli; sed alterum honestius dixerim vitium, alterum tutius.*

Genero

Generosus scilicet animus tamdiu fere singulos sui similes,  
candidos dico minimeque fucatos, esse credit, quoad experi-  
mento contrarium re ipsa expertus sit. Suo enim pede cum  
metiatur, ignarus perfidiæ est. Adeo (c) credulitas in optimi  
cuiusque mentem faciliè irrepit. Quorum vero animus non ni-  
si perfidia & malitia scatet, hi, quemadmodum febricitantes pr.  
omnia dulcissima, suo non ipsorū vitio, amara iudicant, sin-  
cerum quemlibet ex sua mente censent. Quam hæc om-  
nia ab ea dilectione, quam mentibus erga genus nostrum  
implantavit natura, aliena sunt?

§. 33. Et quid mirum Hobbeum ita sentire, qui ali-  
bi (d) expresse profitetur: *Hominem ab homine non amari natu-  
raliter, id est, ut hominem.* Contrarium non ex Cicerone so-  
lum, sed ex ipsa veritate & affinitatis nostri generis ratione  
superius (e) ostendimus. Gloriabatur Anglus antea (f)  
unicam rem in toto libro non demonstratam sed probabiliter positam esse,  
eam, nempe quæ de Monarchia eminentia est, audiamus ergo qua  
ἀποδείξει istud μέγα λιν ἀήτημα fulciatur: Nulla (g) alias ratio  
reddi possit, quare unusquisque unum quemque non aque amaret. De-  
monstrationem adhuc nullam video, stramineam video ra-  
tunculam. Vulgo enim usu venire, ut rarè nisi utilia a-  
mentur, ei quod ius facit nihil derogat. Omne bonum ad-  
petitum attrahit, & ita amorem sui elicit, quo ergo boni plu-  
ribus generibus quivis abundat, eò cumulationi eum amore  
alii prosequuntur. Quæ utilia sunt, amamus: an hoc im-  
pedimento erit, quo minus & illa, quæ non utilitate sed de-  
lectatione nos adficiunt, diligamus? An hoc impedimento  
erit, quo minus honestatem, etiam commodi expertem, dili-  
gamus? Non puto. Una causa alteram non excludit. Deum  
ut essentialem bonitatem amore summo prosequimur, certè  
prosequi oportet: an id impedit, quo minus ut beneficen-  
tissimum Conservatorem, vel ut misericordem in Christo  
Patrem etiam diligamus? Bonum Metaphysici dividunt in  
tale secundum quid, vel tale simpliciter. Illud est substan-  
tiale, hoc accidentium classi adnumerandum. Cum ergo æ-  
què utrumque de Bonitate participet, imò prius illud hu-  
ius posterioris fundamentum sit, ceu receptivum eius, iniu-  
rià

riâ Hobbeus totum ordinem bonorum substantialium eli-  
 minat, & *Voluntatis obiectum* constituit (h) : *id quod videtur u-*  
 h. c. 1. §. 2. *nicuique congregientium Bonum sibi.* Ex hoc principio illud su-  
 pag. 5. perius (i) refutatum dogma fluit: Deum colendum respec-  
 i. 0. 24. tu utilitatis nostræ. Cum tamen Ens hoc *αὐτὸς αὐτοῦ* suapte  
 bonitatis *ἀρετῆς* affectum hunc requirat. Veneno occul-  
 to non caret hoc dogma. Cum enim finem vitæ *τὸ* nostrum  
 k. d. l. p. 5. statuatur, (k) *id partim gloriam, partim utilitatem dicit.* In hæc  
 duo scilicet bonum, quod obiectum est voluntatis, dividit.  
 De honestate altum silentium. Imo *in statu nature mensuram*  
 l. c. 1. §. 10. *iuris esse utilitatem* (l) pronunciat. Horatio *ἐπιφύσει* :  
 pag. 13. (m) *Utilitas iusti prope mater & equi.*  
 m. 1. Sat. 3. Repugnat hoc sacris literis, saniorique rationis (n) dicta-  
 v. 98. mini. Cui enim fini iustitiæ semina mentibus insita, si cui-  
 n. Cicer. 1. vis, qui recesserit à consideratione societatis civilis, licet sui  
 off. n. 22. unius commodis invigilare, & non potius quam primum è  
 suo genere alios conspexerit, semoto etiam Politici com-  
 mercii intuitu. in eos iustitiæ, non scriptæ sed naturalis præ-  
 cepta exercere. Et quid inter eos, qui diversarum poltiarū  
 o. d. tr. ep. dematur, cognatio generis alios obligat. Ita ut nec illa (o)  
 Dedic. Hobbei utramque paginam faciant : Hominem homini  
 Deum, modo si concives inter se comparemus : ibi iustitia &  
 charitate, virtutibus pacis ad similitudinem Dei accedi.  
 Quidni & hoc inter diversas civitates, etiamsi non intuitus  
 habeatur propriæ, sub communi tranquillitate contentæ  
 commoditatis. Multo minus ista consensum extorque-  
 bunt, quod (p) *Legem naturalem s. dictamen*, ad ea restringat,  
 p. c. 2. §. 1. *quæ propriam solum conservationem respiciunt.* Id quod supe-  
 pag. 21. rius (q) ex Apologia Hobbæana adscitum confutavimus,  
 q. th. 24. imo quod ibi de Fine Hominis, Dei cultu, diximus, partem  
 etiam hic sibi vendicabit proximi adiutorium. Imo verò  
 r. c. 3. §. unico hoc dato Hobbes ed devenit, ut virtutes (r) *modestiam,*  
 31. p. 62. *equitatem, fidem, humanitatem, misericordiam,* eo nomine bonos mo-  
 res. s. habitus aut virtutes iudicet, non quod ex rei ipsius nat-  
 urâ virtutisque præstantia generi suo talia præstare *ἀρετὴν*  
 imo necessarium sit, sed quod hæc media ad pacem necessaria-  
 Cum

( id enim omne quod studio pacis, quod sui conservandi causa fit, recte f. N. N. ad fieri Hobbeus idem (f) minus recte statuit ) adeoque δι' ἄλλο c. 3. §. 27. expetenda. Cur autem obscuris inhæremus, longe clario- pag. 59.  
 ra erroris huius vestigia in Apologia Hobbæana ἀνωρύμω,  
 Huic enim persuasum (t): Opera charitatis secundum legem Dei t. pag. 26.  
 fiunt, eo nomine, quia conservationi vitæ summopere conducunt, & licet fingat (u) in specie hoc vel illud charitatis opus non propter dan- u. p. 27.  
 tem exseri, sed in illius gratiam quem beneficium attingit. Ipse ta-  
 men fatetur, operum charitatis exercitium necessarium esse in genere,  
 ut homines commode, & ex facili etatem agere possint. Ex quo ap-  
 pareret, priora illa verba, quibus dicitur, non propter seipsum  
 exseri beneficia, intelligenda de speciali in seipsum redun-  
 dante commoditate, communem enim modo recensitis ver-  
 bis adstructam vidimus. Quid hæreo? Ipse se explicat (W): VV. P. 216.  
*Licet Charitas in singulis actionibus non spectare debeat ad privatum  
 aliquod commodum, tamen locus ei inter homines non futurus,  
 nisi summopere conduceret, omnibus & singulis agenda commo-  
 de vitæ. Inique homo! imò verò futurus est, si qui-  
 dem id quod decet, quærimus (ut omninò hic oportet) non  
 enim nostri causa sed communis affinitatis ergo beneficia  
 exercenda. Alioqui beneficentia esset beneficii in se-  
 ipsum ultimato redundantis, collatio, terminique distincti  
 confunderentur. Sed quò tandem ravior insecutus devian-  
 tes? Ex tam lato δι' ἑξῆς campo inviam me tandem reci-  
 piam.*

§. 34. A benefico beneficentiam didicimus, à iu- 2. *Iustitiā.*  
 sto iustitiam doceamur. Justum Deum esse, interea quæ à  
 nullo unquam negari possunt, est. (x) *Θεὸς ἕδραμὴν ἕδραμῶν* x. Plat. in  
*ἀδικῶν, ἀλλ' ὡς οἶόν τε δικάσιται.* Theat.  
 An distributiva in eo iu-  
 stitia esse possit, haud levis quæstio, idque dispensatione do-  
 norum suorum iustissima pariter & æquissima ipsemet in se  
 probare videtur. Si tamen accuratius inspexeris, benefi-  
 centiæ id potius munus quam iustitiæ est. Huius enim ra-  
 tio requirit, ut id quod distribuendum est, iam antea debeat  
 toti ei, in quam dispensatio fieri debet, universitati. No-  
 bis autem universis nihil à Deo debetur, nisi quod nobis de-  
 bere ipsa eiusdem benignitas vult. Commutativa secun-

dum datum & acceptum, à quibusdam, falsò etiam, Deo ad-  
scribitur, neque enim ullus dari eiusmodi potest respectus  
inter homines & creatorem, qui relationem hanc mercedis  
referret. Hoc novimus in merito Christi inter Servatorem  
& Deum exactissimam iustitiæ commutativæ regulam ser-  
vatam, quod tamen gratiæ quoad homines nihil derogat.  
In pœnarum irrogatione & scelerum vindicatione manife-  
stissime ratio divinæ iustitiæ patet, hîc nullo modo negari  
potest. Hanc ergo formulam iustitiæ sequi oportet. De  
Commutativa ratione pœnarum §. 34. locus erit dicendi.  
In cæteris Commutativæ actibus non quidem exemplar in  
Deo adest, cum nec in ipsum cadat, ex Beneficentia autem de  
qua §. superiori deciditur. Ne aliquid illi, cui etiam bene-  
facere tenemur, fraude subtrahamus. Et implantavit  
Deus principia hæc mentibus. *Qui parere velit humanæ*

y. 3. off.  
num. 23.

z. Cic. 4.

de fin. n. 11.

*natura, ita (y) Cicero, nunquam committet, ut alienum appetat, & id  
quod alteri detraxerit, sibi assumat. In iustitia distributi va ea-  
dem instituta analogia ratio. In universum verum est (z):  
Iustitiam adfert cognitio rerum divinarum, cum cognitum habeas, quod  
sit summi rectoris, & domini numen, quod consilium, quæ voluntas. Cuius  
ad naturam apta ratio, vera illa, & summa lex à Philosophis di-  
citur.*

c. Man-  
suetudinē  
& clemē-  
tiam,

a. Cic. 1.  
off. n. 88.  
d. Verita-  
tem.

§. 35. Non autem iustum solum, sed clemens etiam  
numen est. Magni animi characterem censent, ad condo-  
nandum, si illarsa iustitiâ fieri possit, facilem esse. Deus O.M.  
hac laude ante omnes dignus, cum infinitè bonus sit. (a)  
Nihil laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate &  
clementia. Hanc ab eius mensura discere oportet. Ut et-  
iam ultimam illam virtutem Veritatem. Deus mentiri ne-  
scius est, mendacium etiam extreme execratur. Omnem  
enim ordinem naturæ illud evertit. Sermo humano gene-  
ri concessus est, ut huius ministerio conceptus invicem cõ-  
municari possint, mendax præstantissimum medium in ab-  
usum mutat: Iustitiæ divinæ vindicatricis pars & munus  
est, veritatem conservare, mendacium ultione prosequi.  
Unde etiam apud homines semper in usu fuit, divinum in-  
vocare testimonium in fidem dictorum. Juramenta talia  
extre-

extrema & ultima humanae certitudinis vincula habita sunt, periuria gravissimè vindicata. Oris veritatem omnis vitæ candor excipit, omnem simulationem, omnemque sinceritati inimicum fucam expellit. Purissima hæc essentia nihil, nisi quod vere est, præ se fert. Nunc simulatorum dissimulatorumque feracissima ætas. At totum genus hoc alienum ab imitatione Dei: Politicorum tamen plerumque nomine (β) veniunt: Præceptum commune, eorumque symbolum:

(γ) *Dissimula, simula, quoties occasio poscit, Moribus ut morem temporibusq; geras.*

Tiberii μμννὴ vanissimi, cuius flagitiosissimam hanc artem Dio (δ) & Tacitus (ε) memorant. Mascule itidem antecessoris artificium exercuit Severus (ζ). Jam olim idem professi Menon (η) Thesalus, Philippus (θ) Macedo, Sylla (ι), Aristippus (κ) Cyrenaicæ sectæ conditor, Catilina (λ). Et fere quo peior quisvis fuit, eò ingeniosorem in his commentis se præstitit. Sed miseri seipsos decipiunt: Nihil (μ) simulatio proficit, paucis imponit leviter extrinsecus induta facies. Imo ridiculum genus est, nam fictis moribus gratia nulla: Calsius (ν) de Catonis simiis egregie: ἡ διαρκείας ἡ σαρ, αἴτε ἐξ ἐπιτηδεύσεως, ἀλλ' ἐκ ἐπ' ἀρετῆς ἐμοῦ τε ὀρμώμενοι. Ingenium dogma Stoicorum (ξ): Sipientem sincerum esse debere, nec quidquam simulare aut mala sua tegere. (Ita demum Mōmus fenestram requirere amplius non poterit) Italus Parnasi scriptor occasionem inde sumit, ut fingat, (ο) iuvenem aliquem, qui Stoicæ sectæ nomen daturus erat, ab eadem repulsam cepisse, quod plusculis diebus nihil reprehensione dignum ostendisset. A quo fortasse in hoc rigidiores Porticenses, id tamen interea commune immotum manet, simulationis artifices peccare, & naturæ Deoque vim facere, apud quem summus candor, omnis sinceritas: Neminem fallit, aut ut fallatur occasionem dat. Huc Cardane! Tuum audiamus consilium (π): Ad Deum legesque attendere debemus (speciosum παροίμιον fraudi prætexit, sinistra manu audacter, quod dextra porrexerat, repetiturus) & minimo periculo nostro rem peragere, atque ita ne frustremur, ut sit & in malo recti qua-

Critique  
mno cau-  
rem.

β. Gum-  
potz diff-  
de Polit.  
th. 18. &  
seq.

γ. Ovven.  
li. epigr.  
92.

δ. l. 57. pag.  
689.

ε. 4. An.  
71. 3.

ζ. ap. He-  
rod. 2. 14.

η. 114. &  
pass.

θ. Xen. 2.  
ἀναβ.

ι. Iustin.  
9. 8. 9.

κ. Sall. Jug.  
95.

λ. Diogen.  
Laert. in  
vit. l. 2.

μ. Sallust.  
& Dio l. 37.

ν. Sen. ep.  
79.

ξ. Dio l. 37.  
p. 63.

ο. Laert. in  
zenon.

π. Relat. ex  
Parnass.

ρ. Arcan.  
Prud. Civ.

σ. 4. P. 25.

*vehi quadam species, & in vitio virtutis imago.* Quæ tibi cum Ca-  
 tone Sallustiano ( $\rho$ ) convenientia? Parum pensi, ut bonus  
 sis, habes, dumodo esse videaris. Idem Cardanus ( $\sigma$ ) pergit: *Quæ  
 sit ratio bene agendi in flagitio? ut mitius, honestius, OCCULTIVS ad-*  
 mittatur, quam fieri potest. p. p. *Quanto magis legibus nostra cona-*  
*mina sunt obnoxia, eo occultius iracunda & rarius; quo turpiora, gra-*  
*tiosius; quo difficiliora, diligentius.* Omnia sc. ad perlinen-  
 dos hominum oculos hæc spectant: quis autem *supari end' imp,*  
 quod in versipelles hocce Proteos, sui que dissimilimos ho-  
 mines, aut potius fucata saxa, gravissimè animad vertit, tene-  
 bras obfundet? Legibus civilibus sufficit externum opus,  
 nec ulla pœna, nisi molitio in actum eruptura adsit; Ethica  
 (quo magis Theologia?) intrinsecam perfectionem &  
 forum conscientiaë instruit, cui ipsæ cogitationes fla-  
 gitia.

*Non autè  
 quod Stoici  
 volunt.*

*$\tau$ . vid. Plut.  
 tr. Stoicos  
 quos Poe-  
 tas absur-  
 di docere  
 & Horn.  
 Ethic.*

*v. 3. Manu-  
 duct. Stoic.  
 dist. 19.*

*$\phi$ . 3. Eth. 1.  
 §. 11. seq.*

*Princeps a.  
 cum pecu-  
 liari modo  
 Dei effigies  
 sit,*

*$\chi$ . Plut. ad  
 ppm. in-  
 doct. p. 386.  
 quæ pote-  
 state multi  
 abusi.*

§. 36. Genuina hæctenus recensui, quæ exemplo di-  
 vinae normæ ediscenda: spurium aliquod removendum. Est  
 illud Stoica *de Deia.* Deum scimus pro simplicitate essen-  
 tia suæ nullis passionibus, nullis motibus aut affectibus agi-  
 tari. Ad huius exemplum Stoici semper serenum, nullisq;  
 affectibus commotum animum in sapiente suo requirunt.  
 Sed ridiculi sunt, qui hominem sine affectibus esse volunt,  
 sensitivam animæ partem extinguant oportet, si affectus ex-  
 tirpare velint. Jam olim hac in materia ( $\tau$ ) ludibrio ex-  
 positi sunt. Conferendi hic sunt Ethici, qui ubertim de  
 hac materia. Misericordiam in primis eiectam volunt.  
 Pars ea Stoicæ magniloquentiæ & vanæ arrogantiaë. Non  
 de his plura verba faciam, Lege quæ ( $\nu$ ) Lipsius hac de re,  
 alias Stoicis nimis deditus, hic ab ipsis ob religionem  
 Christianam discedere coactus scribit, & post eum Hor-  
 neius. ( $\phi$ )

§. 37. Princeps in primis quæ in Deo imitetur ha-  
 bet. Ipsi enim charagma est & viva ( $\chi$ ) *quadam imago.*  
 Sanctissimum enim hoc & eminentissimum munus est, quo  
 funguntur magistratus, dum aliis præsent. Multus semper  
 hic abusus intercessit, ut Principes officio hoc indigna ges-  
 serint. Partim quod legitimam suam potestatem in imma-  
 nem

nem verterent tyrannida. Quod se sub hominum nullo  
esse novissent, ne quidem divinæ potestati subiici sese passi.  
Rectius (↓) Lyricus:

*Diis te minorem quod geris, imperas:*

*Hinc omne principium, huc refer exitum.*

Exemplo hoc (ω) Traianus se non minus hominem quam homi-  
nibus præesse meminit. Immanes hæcè belluas, quæ potestate  
sua ab usæ (a) Deum scire nolunt, ille in cuius manu est im-  
peria transferre à gubernaculis removel. Hoc quidem de-  
cantatæ veritatis est, nulli nisi soli Deo principem subesse,  
nec eiusdem errata ab ullo hominum vindicari posse. Atta-  
men dum nulli mortalium subditus est, infinitæ tamen ma-  
iestati suam debet ἀνωτατότων libertatem. Principem (b) a-  
quata (sano sensu) Diis immortalibus potestas decet. Ita ut non  
ineptè Excell. Dn. D. Calov (c) de Monarcha in tractatio-  
ne Dei ad locum cognatorum tractari posse concedat. A-  
lii ne hic quidem subsistunt, sed extra humanarum rerum  
sphæram vana imaginatione adscendentes, Dii videri vo-  
lunt. Huc (d) Alexander, Demetrius (e) alii que innu-  
meri. Iphis suis ridiculi propterea habiti. Lucianus (g)  
s. potius apud hunc Philippus Alexandrum propterea per-  
stringit: & quis falsa dictoria omnium in tales iacta recen-  
feret. (f)

§. 38. Ubi verò dignum se officio suo gerit, quid <sup>Etiã præ  
aliis, disor-  
nis Sarta-  
tibus,</sup> laudabilius est? Quod (gg) prestabilius est aut pulchrius munus Deo-  
rum, quam castus & sanctus & Diis simillimus princeps? Fundamen-  
tum est, ut consideret, quod (h) procuratio Reipublicæ ad utili-  
tatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, ge-  
renda sit. Hic opus, ut quotidie adsit, qui adclamet, quod  
Perlis sui adclamare soliti (i): Curam rerum gere, quas te cu-  
rare Deus voluit. Apud veteres plerumque regibus sacerdo-  
tium (k) etiam demandatum fuit, ut præsentè rerum divi-  
narum notitia facilius, quæ sui muneris essent, agere memi-  
nissent.

↓ Horat. 3. od. 6. v. 5. ω. Plin. paneg. p. 4. a Ex. 5, 2. b. Plin. paneg.  
p. 6. c. μεθοδολ. f. 2. memb. 2. art. 1. subsect. 2. tit. 1. p. 748. d. Curt. 6, 11, 24.  
e. Plut. de Fort. Alex. p. 360. gg. in Dial. Philipp. & Alex. f. conf. Plut. de  
Isid. & Osir. p. 142. g. Plin. paneg. pr. h. Cic. 1. off. n. 85. i. Plut. ad Princ.  
indoct. p. 386. k. Cic. 1. de divin. n. 89, & de Aegypt. in specic. Plut. de Isid. & Osir.  
id. pag. 133.



nissent. Hi ergo intueno divinam gubernationem, suam  
eam constituent normam. Naturam suam in visa Deo sunt vi-  
tia, Deusque hic optimus, utpote idea & ἀρχέτυπον omnis bo-  
nitatis iustitiæque non potest non illud, quod essentia suæ  
& bonitati contrariatur, extreme averfari, debitaque profe-  
qui vindicta. Inter alias horrendas blasphemias quibus An-  
glicæ turbæ religionem evertunt (l) hæc etiam est: Nemi-  
nem propter peccatum damnari sed quia Deus ita velit. Quod idem  
in specie Nicolaus quidam Londini (m) docuit. Et ne  
quid blasphemiam deesset, (n) aiunt: Deum aque amare suos  
propter bona malave opera, tam peccantes quam bene agentes; nec  
quonquam astimare meliorem propter bona, deteriozem propter mala o-  
pera. Quid quæso directius iustissimæ divinæ sanctitati di-  
cam scribere posset. Quid ergo mirum (o) eis, nec resurre-  
ctionem nec cælum, nec infernum nec Diabolum post hanc vitam esse.  
Iustitiæ divinæ hic rigor est, ut ne quidem possit (nisi essen-  
tiali suæ bonitati repugnare, quod impossibile, vellet) ali-  
ter agere, quam peccata, quæ cum perfectione suâ archetypa  
pugnant, acerrimè vindicare. Quod ex sacris tam notum,  
quam notissimum. Adeoque si Philosophi Ethnicorum ple-  
rique voce iræ, quam Deo negarunt, omnem nocendi vo-  
luntatem acceperunt, haud dubie graviter erravere, & con-  
tra eos Lactantii commentar. peculiaris (p) obtinet. Hunc  
sibi meritò, qui eius figuram in terris gerit, imitandum pro-  
ponat. Deus (q) malis interposita mora ac tarde pœnas infligit,  
non quod vereatur, ne accelerando supplicio erret, aut committat, cuius  
pœnitentiæ aliquando ducatur, sed ut in vindicandis aliorum peccatis se-  
vitiam & vehementiam nobis hoc exemplo suo eximat. p. p. Docens imi-  
tatione ductos eius mansuetudinis & cunctationis, ordine & accuratio-  
ne adhibito temporis spatio in consilium, quod in nimè locum parabit  
pœnitentiæ, ad puniendum nos conferre. Alius (r) non ineptè  
ita: Servare proprium est excellentis fortuna, quæ nunquam magis suspi-  
ci debet, quam cum illi contingit idem posse quod Divis, quorum beneficio  
in lucem edimur tam boni quam mali. Deorum itaque animum sibi  
adferens princeps, alios civibus suis, quia utiles bonique sunt, libens videat  
alios in numerum relinquat; quosdam esse gaudeat, quosdam patiat. &  
& ex hac ratione ob humanam cognationem pœnas per  
se intendere non licet, ut evincit Grotius. (rr)

l. ex Th.  
Edoardo  
Honor.  
Regg. de  
Stat. Angl.  
Eccl. p. 86.  
m. p. 102.  
n. p. 91.  
o. p. 92.

p. de ira  
Dei.

q. Plut. de  
fera vind.  
p. 180. &  
seq.  
& clemen-  
tia studere  
debet.

r. Senec. r.  
Clem. c. 5.  
rr. tr. de  
l. a. & p.  
2, 20, 4.

§. 39. Primum ferri divini cultus effectum, studium  
 imitationis, hucusque consideravi, alter est Obedientia f. ep. 96.  
 devotissima. ( facillè fortasse hic aliquod nobis nego- \* 2. obe-  
 tium Seneca (f), qui non se Deo pariturum, sed solum assensurum <sup>discentiam</sup>  
 ait: verum ut commune huius sectæ vitium illud est, termi- <sup>tum natu-</sup>  
 no ludit:.) Hæc ut omnibus divinis adquiescamus factis & <sup>ra natura-</sup>  
 institutis, requirit. Prætorum principiorum (t) aliquod <sup>is Deo pra-</sup>  
 hoc est. Placeat (u) homini, quidquid Deo placuit. Non (w) <sup>standam</sup>  
 enim eâ lege in hanc vitam venimus, ut ei leges ipsi præscribamus: sed ut  
 iis obtemperemus, quæ decreta sunt ab universi gubernatoribus Diis, &  
 constituta à Fato & providentia. Constituta autem à Deo sunt,  
 quæ etiam naturæ nostræ insita: his tenemur parere (x).  
 Sic & faciendum, ut contra naturam universam nihil contendamus:  
 ea tamen conservata; propriam naturam sequamur. Ut etiam si sint  
 alia graviora atque meliora, nos tamen studia nostra natu-  
 ræ regula metiamur. In totius vitæ instituto huius dicta-  
 men sequendum. Oportet Pythicæ obtemperare inscri-  
 ptioni (y) Seipsum nosse: deinde uti suo ingenio ad ea, ad quæ natu-  
 ra factus est: neque id ad alius vitæ studium trabendo, huic vim facere.  
 Obedientiam dixi præstandam illis, quæ naturæ nostræ im-  
 plantavit Deus principia. Nec hic erubescit Hobbei pro-  
 pugnator (z) veritati se opponere, & concedit quidem  
 hominem ad quædam dogmata amplectendum admodum pronum  
 esse. v. gr. Dari Deum &c. Istam verò propensionem non oriri ex  
 notionibus quibusdam communibus. &c. Sed plane beneficio illius pri-  
 marie & unice dispositionis originarie existit in homine &c. Ad-  
 eoq; paulò post ita loquitur; si anima neque instituto neque experi-  
 entia ullam horum malorum cognitionem haberet, quid æquum aut  
 iniquum esset plerique homines ignorarent. Piget in impiæ huius  
 doctrinæ refutatione chartâ consumere, sed remitto quem-  
 vis ad auream Noologiam Exc. Theol. D. Calovii, aliosque  
 passim notissimos. Videat interea Defensor iste, quomo-  
 do cum Apostolo Rom. 2, 15. & 1. Cor. 11, 14. conveniat.

§. 40. Huc referendum est debitum liberorum er- <sup>tum illis</sup>  
 ga Parentes, utpote quo natura (b) nos ipsissima ducit. <sup>que à na-</sup>  
 E 2 <sup>ture turante</sup>  
*naturata infusa sunt: hinc debita observantia in Parentes.* t. Exc. Calov. noolog.  
 part. spec. c. 8. can. 12. 13. u. Sen. ep. 75. vv. Plur. Conf. ad Apoll. p. 235. x Cic. i.  
 offic. n. 110. conf. ibid. n. 114. y. Plur. de anim. tranquil. p. 269. z. p. 79. a. p. 80.  
 b. Pl. Rev. Calov. noolog. c. 8. can. 23.

minn secundum Deos honorem, ita (c) Plutarch. omnium ho-  
 minum nomine inquit, ac precipuum parentibus natura & lex na-  
 tura destinavit: neque Diis quidquam gratias homines faciunt, quam si  
 parentibus alumnisque suis veteres super novis feneratas gratius benignè  
 & alacriter persolvant, neque contra maius est argumentum impietatis,  
 quam parentum despiciatur & in eos iniuria. Namque inter ho-  
 mines qs. Dii quidam sunt parentes, ut ex Hierocle,  
 Philone & Platone quidā (d) deducit, ab iis esse nostrum ac-  
 cepimus, eoque nomine ipsis strictissimè obligamur. Eadem  
 ratio est, quæ parentum liberorumque matrimonia illicita  
 (e) pronunciat. Parentes vicissim ad alia obligat natura  
 (f), quæ itidem sine læsione legis naturæ, huiusque latoris  
 Dei omittere nequeunt. Fratrum dilectio eidem iuri suum  
 debet ortum. (g) Imò naturalia hæc vincula reliquarum  
 ex arbitrio contractarum societatum mensura & idea  
 sunt. Habeo pro me sæpe laudatum (h) Auctorem, Re-  
 vera pleraque amicitia nihil aliud sunt quam umbra & imagines illius  
 primæ, quam natura liberis erga parentes, fratribusque adversum fra-  
 tres ingenit. Maxime cognata naturali parentum Juri Prin-  
 cipum. (i) potestas est, eodem sanctitatis Jure suspicienda  
 (k). Honorate regem & adorare imaginem Dei omnia d. gerentis  
 extat apud (l) Plut. Hos singulos observando ordi-  
 nes, paremus Deo O. M. eiusque ordini, servari enim vult  
 ipse, & servandos esse mentibus inscripsit.

e. de fra- tern. amo- re p. 283. d. Grot. de l. B. & P. proleg. p. 5. & NN. p. 21. confer eund. 1. 4, 4. pag. 77. l. 33. & NN. p. 87. e. Grot. l. B. & P. 11, 5, 12. p. 138. f. vid. Grot. l. B. & P. 11, 7, 4. p. 162. confer Plut. integr. tr. de amore Proles. g. Plut. tr. de amore fratern. h. Plut. d. tr. pag. 282. i. Excell. Calov. 100207. cap. 8. can. 22. k. conf. Grot. l. B. P. I, 4, 4. p. 75 l. ad Princ. indoct. pag. 386.

Huc etiam §. 41. Non minima pars obsequii huius est Con-  
 tentum iis esse, quæ à benefico numine acceperis. Rescin-  
 das opus est cupiditates, & contempnas ea, quæ necessaria  
 non sunt. Nemo (m) - alius est Deo dignus, quam qui opes contem-  
 pit. Et si etiam aliquod facultates nostræ patiuntur naufraga-  
 gium, non rebeli animo adlatranda est divina dispositio:  
 Multum (n) ad animi tranquillitatem confert, si in his, quæ nobis in-  
 tranquill. vitis evenerunt, non negligamus in hac intueri, quæ nobis grata & veni-  
 anim. p. 255. sta ad

*fla adfunt: sed mixtione utrorumque instituta, meliorum momentis de-  
 teriora aboleamus. p. p. (o) Est enim insani ob amissa dolore affici,  
 non gaudere relictis; non aliter ac pueruli si quis ludicrarum rerum u-  
 nam ipsis auferat, reliquis etiam omnibus prolectis plorant, ac vocife-  
 rantur. Σπόχρη (oo) ἀνθρώπων πρὸς εὐδαιμονίαν τὸ τὰ ἀρκύντα κε-  
 κτῆσθαι, καὶ μηδενὸς ὧν τὸ σῶμα χρῆζειν πρὸς δειδαίνομιζω, καὶ πᾶν τὸν  
 περιττὸν καὶ φροντίδας καὶ πράγματα καὶ φθόνους ἔχειν ἡγῆμαι. Nulli-  
 bi maius documentum est decentis huius obedientiæ, quam *Ante om-  
 nia vero  
 Tolerantia  
 in adversis*  
 in ferendis adversis, ut per horum ingratam nebulam, finem  
 lætissimum benignissimæ providentiæ perspiciamus. Pli-  
 nius (p) Maximo suo: *Studia præstant, ut adversa magis intel-  
 ligam, sed patientius feram. Optimum (q) est pati, quod emendare  
 non possis. & Deum, quo auctore cuncta proveniunt, sine murmuratone  
 comitari. Malus miles est, qui Imperatorem gemens sequitur. Hic (r)  
 est magnus animus, qui se Deo tradidit: ac contra ille pusillus ac degē-  
 ner, qui oblectatur, & de ordine mundi male existimat, & emendare  
 mavult Deos quam se. Improbi, qui hic recalcitrant. Fami-  
 liare quidem id nonnunquam adflictis, ut dolore victi erump-  
 pant in peiora, non tamen probandum. Id quod fit, non  
 quod fieri deceret Neptunus (s) in his loquitur:**

Ἐρημία πόλιν ὅταν λάβῃ κακῆ,  
 Νοσεῖ τὰ τῶν Θεῶν, ἐδὲ τιμᾶσθαι θέλει

Saniora illa Nuntii: (t)

Θύοιμ' ἂν αὐτῷ μᾶλλον, εἰ θυμῶμεν,  
 Πρὸς κέντρα λακπίσοιμι θνητὸς ὧν Θεῶν.

§. 42. Tum verò patientia hæc clarissima, si ea quæ *Gravissimis cum-  
 homini charissima, vita & corpus periclitentur. In his for-  
 titudinis vigor monstrandus, ubi maximè collabuntur hu-  
 manæ vires. Deiciunt enim hæc superbos animos, mul-  
 tisque divinitatis insolentissimum titulum ademere. De A-  
 lexandro historia (u) nota est. Antigonus (vv) recon-  
 valescens ex ægritudine, morbum sibi nequaquam ait incommode  
 accidisse, eo enim se monitum, ne mortalis cum sit, animo efferatur. o. p. 256.*

E 3

lisc. apud Dion. l. 38. p. l. 8. epist. 19. q. Sen. epist. 107. r. p. p. f. Eu-  
 rip. Troad. proleg. v. 26. t. apud Eurip. Bacch. act. 3. v. 792. u. Curt. 8, 30, 29.  
 vid. ibi NN. Clariss. Freinsh. vv. Plut. Apophth. pag. 335.

x. Apophit. Cleomenes (x) morbo vexatus lustratoribus & divinas res  
 Lacon. tractantibus, quos antea spreverat, primum animum adver-  
 P. 392. tere cœpit. *Optimifimus (y) dum infirmi sumus. Tunc Deos,*  
 y. Plin. l. 7. *tunc homines esse nos meminimus. Ubi illustrius exemplum,*  
 cp. 26. quam apud Laërt. (z) Bion? Hic cum ex Theodori Aſis  
 ad Maxi- disciplina, Deos non esse didicisset, & hoc inductus multa  
 mum. Philosopho indigna perpetrasset, tandem (utar auth. citat.  
 z. l. 4. verbis) *ἐμπεσὼν εἰς νόσον περιπατῶ λαβεῖν ἐπέειπεν, καὶ μεταγινώσκειν*  
 b. Lactant. Div. Inst. *ἐφ' οἷς ἐπλημμέλησεν ἐς τὸ θεῖον.* Dignissimus certè his Laër-  
 l. 2. c. 1. tianis sarcasms, *ὁ μὴ Θεὸς εἶναι λέγων, ὁ γνὼν ἐδὲ βλέψας. &c. ἔδ' εἰ-*  
 c. Lochag. ap. Plut. *πε μόνον, ἤλιτον, Σύγγνωτε τοῖς πρῖν. κτλ.* Summatim si unquam  
 Lacon. A- illud Firmiani (b) verum est, quod necessitate gravi premente  
 pophteg. *demum Deum recordemur,* de morborum statu verissimum cer-  
 p. 395. La- tẽ est. Eorum quos dileximus infortunia pari fere modo  
 cæna ali- quod ad nos adficiunt. Sed & ad hæc præmuniendus ex divinis a-  
 qua apud eund. Lac- nimus est. Huc omnes generosæ illæ Ethnicorum voces,  
 Inst. p. 417. quibus se suorum mortem æquo animo ferre testati sunt (c).  
 alii plures Non ac si nullo modo illis vulneribus dolorem sentire de-  
 ap. eund. ceat, inhumanum enim id esset, belluaque dignum, imò ex-  
 Conf. ad armaretur hoc modo providentiæ divinæ actio, & circa nos  
 Apoll. 245. dispositio, si nulli eius castigationum animum advertere di-  
 246. nec gnemur, sed omne nimium, ut in aliis, ita & hic in vitio po-  
 non Diog. nitur. Mors in cuspide earum rerum militat, quæ merito  
 Laert. in formidat animus mortalium. Obfirmandus animus, & si  
 Anax. l. 2. *Ante om- ullibi, hic certe fortitudo necessaria est, consensu omnium.*  
 nia & mors *Peripateticorum de generosè ferendo sententia vulgatissi-*  
 qua æquo *ma est. Platonis æque nota. Ipsi Epicuræi (d) sapienti*  
 suscipien- *suo iniungunt, ut negligat mortem, non dubitet tamen, si ita melius*  
 da est ani- *fit, de vita migrare. Pythagoræ hoc symbolon (e) erat: Ad*  
 mo, ut om- *res ubi perveneris, ne revertitor; id est, ubi vita finem instare videris,*  
 nes facen- *sophi, quo id feras animo. Stoici in hoc occupatissimi, ut timorem*  
 tur Philo- *d. Cic. l. de mortis, sicut aliorum fortuitorum mentibus infixum evel-*  
 f. Sen. cp. *lant. Intrepidus (f) horam illam decretoriam prospice: non est a-*  
 102. *educat. l. nimo suprema, sed corpori. Mox: Depone onus, quid cunctaris? tan-*  
 quam non prius quoque relicto, in quo latebas corpore, exieris. p. p. Ae-  
 ternitatem qui mente concepit, nullos horret exercitus, non terretur tuba,  
 nullis ad timorem minis agitur. Absolutum tamen terminum  
 hi stri-

hi strictissimè urgebant, cum factorum in omnibus inevita-  
bilem necessitatem defendant. Illud iam olim etiam ex  
Homero Æschylus (g) ita expressit:

ἀλλ' ἔτε πολλὰ τραύματα ἔν σέρνοισ λαβῶν  
θνήσκει τις, εἰ μὴ τέρμα συντρέχει βίη,  
ἔτ' ἐν σέγῃ τις ἢ μὲν παρ' ἑσεία, (h)  
φεύγει τι μᾶλλον τὸν περὶ φρωμένον μόρον.

§. 43. Argumentis contra formidinem hanc com-  
pluribus Philosphi usi sunt, partim necessitate inevitabili  
factorum (quod modo tactum) partim quod ordo hic natu-  
ræ universalis. Ita Plut. (i) *Vita fatale dicitur debitum, quod con-*  
*traxerint maiores nostri (an in lapsu Adami?) sitque à nobis persol-*  
*vendum.* Alii quod divinæ voci parendum sit læto animo. Ita  
Cicero (k) *si à Deo denunciatum videtur, ut exeamus è vita, læti &*  
*agentes gratias pareamus, omittique nos è custodia & levare vinculis*  
*arbitremur &c.* Nonnullis ab immortalitatis spe certiori,  
non paucis à vita malis penitus evitatis rationes pete-  
bantur. Sed etiam ad species mortis itum est. Mors na-  
turalis cum primis exoptanda & læto vultu suscipienda om-  
nibus videbatur, utpote natura (l) *proprium, quod coagmen-*  
*tavit, opus sine violentia dissolvente.* Cœlitus fulmine tangi ple-  
risque miserabile visum, sed & hanc mortem ab iniusta  
nota liberat Annæus (m) : *O te dementem & oblitum fragilita-*  
*tis tuæ, si tunc mortem times, cum tonat. Itane salus tua in hoc verti-*  
*tur? Vives, si fulmen effugeris? Petet te gladius, petet lapis, petet febris.*  
*Non maximum ex periculis sed speciosissimum fulmen est.* Plura i-  
bidem addit, quæ Christiano digna essent, à Stoico autem  
profecta insolentiæ intolerabilis adversus Deum signa  
sunt.

*Varis ad  
id argumē-  
tis suasō-  
nis usi.*

§. 44. Adversatur veræ huic circa res mortis erga Deum obedientiæ Stoicæ mortis libertas. *Non tamen*  
*Κεφάλαιον Epi- Stoica hic*  
*ἔτετο αὐτοχρη-*  
*σία pro-*

*batur, utpote obedientia erga Deum adversa.* g. cit. Plut. de Homer. pag. 109.  
h. confer Gilles-hiff. Reg. Franc. in Carolo M. pag. 149. i. Consolat. ad Apollon.  
pag. 228. k. i. Tusc. QQ. num. 113. l. Cat. apud Cic. in Caton. num. 72.  
m. 2. Nat. QQ. cap. 59.

Epicteto (n) videtur: ἡθὺς ἡνοικτοι. Sine dubio hoc etiam colonia Stoica ex *μυτροπόμε* suâ, Cynica secta, hausit. Eius enim mens ex dictorio Diogenis (o) in Speusippum & Antisthenem clara. Stoicorum & qui illis adsentiantur mentem sufficientur explicuit (p) Lipsius. Sed pugnare (q) hoc cum debita nostra erga Deum reverentia, verâque fortitudinis naturâ Aristoteles, Pythagoræi & Platonici sufficienter monstravere. Ut apud eundem prædictum videre est. Nec causa illa, quam à Deo dari nunnunquam contendunt, sufficiens est. Eam quam Catoni fuisse (r) Cicero adprobat, Lactantius (s) refutavit. Illud miserabile, quod communis hic error plerosque (t) virorum gravium occupaverit. Non tamen & hos plane omni crimine carere violentum hoc mortis genus censuisse, testis esse potest Florus (u), cui *sapientissimi viri alienis in ultimo hoc auso manibus usi videntur, ne violarent manus, sed in abolitione sanctissimarum piissimarumque animarum, iudicio suo scelere alieno uterentur.* Imò verò peculiare veteribus ad hoc munus servos fuisse ex Plutarch. & Velleio ostendit Clar. Buchnerus. (vv)

II. Verus. §. 45. Serium hætenus tum adfectu, tum effectu requisivi, nunc ut verus sit exigam. *μέγα λίαν αἴτημα.* In latissimum me immitto campum, sed ilico pedem refero, & fateor non posse ex humanæ rationis principiis hoc decidi, sublimius est, quam ut ex mente nostra cultum hunc formare possimus. Hoc constat, Deum colendum esse eo cultu, quo ipse vult. Non male Socrates s. potius Euthydemus (x): *ἡκέξει ὅν ἀντις βέληται τρόπον τὸς Θεὸς τιμᾶν, ἀλλὰ νόμοι εἰσι καὶ ἑς δὲ τὸ ποιεῖν.* In hoc labitur, quod νόμος hos potius humanorum errorum sanctionibus, quam divinæ voluntatis præceptis accommodat. Accedit quod plurima mysteria, quæ ad divinum cultum necessariò, ut prius sciantur, per-

n. i. Differt.

cap. 24.

o. Laert. l. 4. in Speusip. & l. 6. in Antisth. p. 3. Manud. differt. 22. q. confer Clariff. Freinshem. ad Curt. 5, 9, 6. NN. & Grot. l. 8. P. 2, 19, 5. seq. r. i. Tusc. QQ. n. 74. f. Laet. Div. inst. l. 3. c. 18. t. conf. Plin. l. 1. ep. 22. u. 4, 7, 15. ubi vide NN. Clar. Freinsh. vv. NN. ad Plin. l. 8. ep. 14. n. 413. x. apud Xenoph. ἀπομν. l. 4. pag. 510.

pertinent, meræ revelationis sint, e.g. de SS Trinitate, Salva-  
 tore Christo. &c. ubi obmutescere cogitur humana sapien-  
 tia. Ne tamen frustra attributum hoc attigisse videar, *Quadam*  
 quædam, in quibus etiam rectius statuere potuissent Ethni- *tamen et-*  
 ci, si attendissent, obiter notabo. Errores illorum, quos *tam sunt,*  
 vincere potuissent solo rationis lumine, partim ad obiectum *que &*  
 colendum referendi sunt, partim ad cultus modum. Illud *ipsæ gentiles*  
 quod attinet, plurima sunt, quæ in Dei unius vicem substi- *sua sanius*  
 tuere: Astra, herbas, arbores, bestias, iumenta, Homines, sed *colligere*  
 & plures Deos, & ut nihil insaniam deesset, accidentia aliqua *potuissent,*  
 & virtutes. Accidentia si coluisse eos credibile sit (quod *non modo,*  
 vix esse potest, utut Sanitati, Fortunæ aliisque rebus lita- *quod ad*  
 verint) & nõ potius, quæ huc facere videntur, interpretatio- *obiectum*  
 ne aliqua sublevanda, nulla refutatione, summa vero erroris *colendum,*  
 tanti deploratione dignissimi. Astra adorabant? Adorabant  
 corpora, adeoq; iam ab alio creata, cur non ad ipsum fontem?  
 Præterea vita carentia, & à quibus non illi, qui invocabant,  
 maiora comoda, eis, qui cultum hunc neglexere, acceperunt.  
 Herbas arboresque adorabant? Iterum independentiæ &  
 motus quoque expertia; Advertant tandem animum sar-  
 casmo illi Poëtæ:

(x) O sanctas gentes, quibus hac nascuntur in hortis  
 Numina!

x. Iuvenal.  
 Sat. 15. v. 10

Quam misera numina, quæ pro lubitu tuo in agro serere, &  
 quandounque volueris, extirpare queas? Bestias (y) huc *y. confer*  
 trahunt? ut alia taceam, id adorant, quod natura ipsa ad ser- *Lact. Div.*  
 vitia nostra ignobilitate ipsorum damnavit. Et tamen huic *Inst. l. 5. c. 21.*  
 generi tota (z) Ægyptus exceptis Thebis serviebat. Ho- *z. Plut. de*  
 mines adorant? suum adorant genus, eosque, quos aliqui *Isid. & O-*  
 non amplius esse, alii astra speculari censent. Et quo tan- *frid. p. 141.*  
 dem insaniam? An aliqua (a) beneficia hominibus præstita *& 169.*  
 divinitatem dabunt? Πολυθεότητα tane plerique saniorum re- *a. confer*  
 pulere. Neque enim quæ hætenus recentuimus, omnibus re- *Lactant.*  
 tribuimus, singuli fere singulis erroribus laboravere, singu- *Div. Inst.*  
 li contra in aliis sensere rectius. Et revera nihil obstat, *l. 1. c. 15. 18.*  
 quo minus hoc Patris (b) usurpem, si sano sensu accipia- *b. Lactant.*  
 tur: *Quod si extitisset aliquis, qui veritatem sparsam per singulos* *Div. inst.*  
*l. 7. c. 7.*

F

(Philo-



(Philosophos) per sectasque diffusam colligeret in unum, ac redigeret in corpus, is profecto non dissentiret à nobis.

Sed etiam  
cultus mo-  
dum atti-  
nes.

§. 46. Ad cultus modum si convertamur eadem ul-  
cera. Hic imaginés ante omnia (c). Epicurái (d) cum  
humanam figuram Deo attribuerint, in assignanda eâ ima-  
gine facillimi fuere. Alii verò simulacra (e) hæc huma-  
na forma potius recordationis ergo, & imperitiorum disci-  
plinæ formata esse largiebantur. Quo etiam Homerum  
pertrahit (f) Plutarchus. Hoc sufficere debuerat, quod  
nullam Deo similem poterant formare effigiem, quem multi  
spiritum esse & infinitum concedebant. Sublannationes  
Gentilium effigiatorum idolorum in (g) Scriptura creber-  
rimæ sunt. Inde fortasse est, quod multi populi Judææ pro-  
ximi humanis imaginibus fere abstinuerunt. Perfas ima-  
gines non habuisse auctor est (h) Herodotus. *ὁ (i) μάγον  
τῶν ἑσόνων κατέγραψεν, καὶ μάλιστα τῶν λεγόντων ἀρρένας εἶναι καὶ θη-  
λείας.* Et p. p. ex eodem fonte τὰ ἀγάλματα κἀλαίρειν Xerxis  
defenditur. Sine dubio illud ex vicinorum Iudæorum, imò  
inter ipsos habitantium traditione. Videmus etiam Jovis  
Hammonis imaginem humanæ similem non fuisse, si (k)  
Curtio fides, Consentit id Laërtii (kk): *κατασκευάζουσι (Ægy-  
ptii) ἀγάλματα, καὶ τεμένη τῶ μὴ εἶδέναι τὴν τῷ Θεῷ μορφήν.* Apud  
Herodianum (l) æqualia Curtianis de solis imagine. Con-  
donandus aliquo modo fuisset ignorantia illorum hic error,  
nisi in graviores illapsi essent. Superstitiones illas infinitas  
taceo, quas ipsi nulli re niti videbantur, quam Sacerdotum  
suorum vana traditione. Sacrificia illa humana quam abo-  
minanda? Et tamen tot gentibus probata. His quos Cla-  
riss. Freinshem. (m) ad Curt. notat, adde ex Plutarcho (n),  
Bletonesios, Lacones, (o) Falericos. Nec sufficit (p);  
quod ea fœda malitia geniorum talia exigentium excusent.  
Prolixus essem, si singula talia, in quibus lapsi veteres illi pa-  
gani

c. conf. Laët. Div. Inst. 1, 2, cap. 2, 18. & 19. d. Vellei. ap. Cic. 1. de Nat. Deor.  
n. 47. e. Cotta ap. Cic. 1. de Nat. Deor. n. 77. f. De Homero pag. 89. 90.  
g. Ef. 44. 9. seq. Ierem. 10. 3. seq. Sap. 13. h. 1. f. Clío pag. 62. i. Diog.  
Laert. in procem. k. 4, 7, 23. conf. quæ ad h. l. similia adducit ex Schotto Clariss.  
Freinsh. kk. procem. l. 5, 3, 228. m. 4, 3, 23. n. qq. Rom. 83. o. pas-  
sal. 35. l. p. Plut. de orac. de sect. pag. 523.

gani, enarrare vellem. Legantur de Deorum ipsorum recentis vitii, sacrificiorum fœditate, Orgiorum, Eleusiniarum similiumque festorum turpitudine & indecentibus, aliisque sexcentis, quæ hac de materia Tertullianus, Justinus Martyr, Arnobius, Cyrillus, Lactantius aliique Patres contra gentes scripsere. Hoc unicum generale manet, quod & principio attigi, arbitrarium non esse cultum hunc naturalem, sed ex naturali convenientia iudicandum. Hic conscientia libertas cuiusvis est, nec coactio ulla tentanda, aut coactioni tentatae obediendum. Fallitur Hobbeus, dum licere (pp) opinatur: *Si imperetur aliquid, ex quo per ratiocinationem consequentia contumeliosa possint derivari, faciendum id esse.* Et quidem ut in (qq) NN. se explicat, *etiam ab invitis verè colitur. & culpam non in parentes iniquo mandato sed in imperantes omnem refundit* In divino iudicio excusatio hæc nulla, sed obligatio, qua devinctus quisque superioribus suis, ad aras, non ulterius se extendit. Quamprimum mandatur quiddam, quod in Dei contumeliam, licet indirecte, redundare videtur, quisvis proprio periculo aut bono & paret & refragatur.

§. 47. Consequens tandem Conformationis hucusque descriptæ est, quod hanc quidem vitam concernit, Felicitas vera, quod futuram, arctior cum Deo coniunctio, Felicitatem hanc nostram in vita quod attinet, est ea tranquillitas animi & conscientia, qua nihil præstantius meliusque vidit aut sensit unquam humanum genus. Qui enim Deum sibi propitium novit, nulla unquam re extimescit. Nec nugatus est Pythagoras (q), cum diceret, *optime nos habere, cum ad Deos accedimus.* Non quidem superstitiosis hoc evenit, ut recte ibi citatus auctor, verum hi, cum Deum ut tyrannum timeant, toto potius corpore tremunt, quam ut ullam confidentiam concipiant. Non (r) autem vini copia aut carnum assatio illud est, quod in re divina facienda delectat: sed bona spes atque sententia de presentia Dei propitii, & qui grata habeat ea, quæ sunt. Cum contra, qui scelerum sibi conscii sunt, conscientia stimulis exagitati, nihil impensius formident, quam beneficentissimum Numen. Ad quod vis momentum, ceu ad ipsum supplicium instans tremunt: (f)

*Consequens est Confidentia in Deum & serena Conscientia.*

q. Plut. de superstit. pag. 318.

r. Plutar. non posse vivi suaviter. sec. Epicur. pag. 107. qua in impiis nulla, f. Iuvenal. sat. 13. v. 223

Hi sunt qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent:  
Cum tonat, ex animis primo quoque murmure cæli.

Mox:

Illam nihil nocuit, cura graviore timetur  
Proxima tempestas, velut hoc dilata sereno.  
Præterea lateris vigili cum febre dolorem  
Si cæpere pati, missum ad sua corpora morbum  
In festo credunt à numine, saxa Deorum

Hæc & tela putant.

t. Sen. ep.

59.

Hæc contra confidentia (t) illud gaudium est, quod non nascitur nisi ex virtutis, præcipue autem harum principis & directricis pietatis, conscientia. Illud gaudium, quod Deos Deorumque ænna felix multos (rectius, Dei sequaces) sequitur, non interruptitur, non desinit: desineret, si sumptum esset aliunde.

u. Vide

integr. tr.

Senec. cur

viro bono

even. mal.

Multo mi-

nus, quod

aliquibus

videbatur

Adaquato

cum Deo.

Blaspho-

mum!

vv. Plutar-

non posse

Suav. vivi

Secun. Epi-

cur. p. 9<sup>a</sup>.

x. 3. Manu-

duct. dist.

14.

y in fr gm

περι τῶ.

ἀγαθῶ ἀν-

δρ. καὶ

ἐυδαίμων.

Post mor-

tem autem

demum

dissensus

maximus.

§. 48. Externa autem felicitas non semper virum  
pium consecratur, solet enim hunc etiam, ut constantiam e-  
viro bono ius & virtutem exploret, divina providentia malis & incom-  
modis subiicere (u). Hoc modo induratur & confir-  
matur virtus, quæ nullibi maiorem laudis materiam forti-  
tur, quam per adversa eluctata.

§. 49. Nimii sunt, ut alibi, ita hic Stoici, qui effectum  
ponunt, cum Deo ex æquo vivere, eiq; exæquari. Assentien-  
tes habent (vv) Epicuræos. In materia decantata pro-  
lixus non ero. Vide (x) Lipsium. Quamò modestior (y)

Archytas: διαφέρει ὁ Θεὸς ἀνθρώπῳ ἀγαθὸ ὅτι Θεὸς μὲν ἕ μόνον εἰλι-  
κρῖνῃ, καὶ διῆλισμένῃν ἔχει τὴν ἀρετὴν ἀπὸ παντὸς τῶ θνητῶ πάθεσ, ἀλ-  
καὶ καὶ τὴν δύναμιν αὐτῆς ἀτρύτον πέπαται καὶ ἀνπεύθυνον, ὡς πρὸς  
αἰώνιον ἔργων σεμνότητάτε καὶ μεγαλοπρέπειαν. ἀνθρώπος δ' ἕ μόνον  
τῶ θνατῶ τῆς φύσεσ κατασάματι μείονα ταύταν πέπαται. ἐστὶ δ' ὅκα  
καὶ δι' ἀγαθῶν ἕ μετρίαν, καὶ διὰ συνήθειαν ἰσχυρὰν, διὰ φύσιν μοχθηρὰν,  
καὶ δι' ἄλλας αἰτίας πολλὰς ἀδυνατεῖ, κατ' ἀρετὴν γενεθῆμεν παναλαθέος  
ἀγαθῶ.

§. 50. Nunc superandi sunt carceres vitæ, & quid  
extra hos, videndum est. Nullibi graviores quam hic errores,  
cum nullius unquam scientia hac de re experimento confir-  
mata sit. Palmarium dogma est de Immortalitate animæ,  
qua obtenta cætera in proclivi sunt. Huius autem si testi-  
monia in antiquitate gentili quæramus, illi quam Pontifi-  
catui

catui maiorem hoc in puncto fuisse lucem, ostendetur. Pe-  
 trarchæ temporibus adeo sepulta hæc doctrina, ut de Ave-  
 nionensi Papæ aulâ hæc amico (z) scribat: *Futura ibi vita* <sup>Immortali-  
tas ani-  
ma proba-  
ta est,</sup> *spes inanis quædam fabula, & quæ de inferis narrantur, fabulosa omnia*  
*habentur.* Ita ut etiam in Concilio Lateranensi V. de im-  
 mortalitate animæ constituere necesse (a) habuerit Leo X.  
 sæculo proximo sesquimillesimo. Quod enim barbaras <sup>tum bar-  
baris om-  
nibus pene  
gentibus,</sup>  
 attinet gentes pleræque assensere. De Ægyptiis dubium  
 esse nequit, hos enim ut immortalitatis, ita & *μετεμύχωσης*  
 adsertores facit Euterpe (b) Herodoti. Assyriorum sen-  
 tentia eodem inclinare videtur. Persarum opinio ex Xe-  
 nephonte (c) pateat. Gymnosophistarum Indorum con-  
 sensus ex Calani voce apud (d) Ciceron. perspicitur. Gal-  
 los Germanosque *μετεμύχωσης* & consequenter immortali-  
 tatem concessisse ex Cæsare & Appiano docet Belga (e)  
 Stoicus. Getas pro immortalitate stetit etiam liquet, il-  
 ludque eos à Zamolxi hausisse auctor est (f) Herodotus.  
 Ad recentiora veniamus, eas scilicet gentes, quas recentius  
 nostri invenerunt. Agmen ducunt (g) Chineses transani-  
 mationis etiam patroni. Japonenses (h) illorum colo-  
 nia in eadem *αίγιστοι* (i). Siamitæ, Goitani, cæterorumque  
 Indorum plerique sequuntur. In Africa (k) Guineenses  
 eodem inclinant, imò in finitimis regni Congæ à Diabolo  
 incolas hoc ipsum edoceri (l) nonnemo perhibet. Nec  
 (m) Samoita ad litus Waigaz se opponunt, pauperrimi atque  
 in Dei notitiâ. In America (n) Virginiani faciles se præ-  
 bent. Mercedem etiam & pœnam insequentes narrant.  
 Locum pœnæ ad finem mundi in Occidente, nomine Popo-  
 guffo, statuunt. Brasiliiani (o) Tuppin Imbas constantis-  
 simi in hac sententia. Fœlices etiam aliquos hortos nar-  
 rant, in quibus boni se reficiant. Malos contra in tormenta  
 ab Aygnan arripi. Et quid moror, quod de divinis supra

F 3

dixi,

z. epist. 16. cit. Clariss. Berneg. de Idolo Laurent. p. 126. a. Micræl. Synt. Hist.  
 Eccles. l. 3. sect. 1. q. 19. p. 156. b. f. l. 2. pag. 154. c. l. 8. *παιδ.* pag. 162. d. 1. de  
 Div. n. 47. e. Lips. 3. Phys. Stoic. diss. 12. f. 4. f. Melp. p. 289. g. Dress. de Chin. l. 1. c. 1. p. 4.  
 h. Navig. Orient. collect. per fratr. de Bry. P. XIII. pag. 35. i. Linschot. cap. 33. k.  
 d. Navig. part. VI. c. 20. l. Sam. Braun. Navig. 1. Congea. pag. 9. m. Navig.  
 de Bry P. XIII pag. 152. n. Dresser. de Virgin. P. III. pag. 181. o. Lerijs de Ame-  
 ica cap. 16. pag. 214.

dixi, id hic etiam repetere possum, non facile ullam repertum  
iri gentem, quæ hic contrariari aufit.

*Tum Phi-  
lofophis &  
ex Poetarū  
ordine,*

§. 51. Ad humaniores redimus. In Philosophia  
veteri, Poëtica scilicet, res hæc in expedito. Homerum &  
immortalitatis & *μετεμψυχώσεως* defensorem fuisse probat  
(p) Plutarch. Ita ut nesciam quâ fronte Guevara (q)  
Thaleti primas in immortalitatis defensorum numero  
partes transcribere audeat, *ἀνισοψητίας* reus: suxit errorem ex  
commento quorundam apud (r) Laërt. Hermetis, Apollini-  
s, Sibyllinorum carminum testimonia collegit (s) Lactan-  
tius. In recentiori Philosophia de Platone & Pythagora

*Et ex Plac-  
ton. & Py-  
thagor. se-  
ctis.*

notum, interitus expertem eos fecisse animam. Plutarchus  
(t) limitat, ut de sola anima intellectuali eorum scita inter-  
pretetur, brutam autem partem interitui obnoxiam ipsis  
videri scribat. De Aristotele quid dicam? Ambigo, neq;  
sententia eius aperta. si non à tot falsariis scripta eius castra-  
ta, pleraque etiam amissa essent, apertior forte eius animus.  
Nunc rara huius materiæ in ipso vestigia. Nisi quod alicubi  
(u) parum immortalitati favere videtur. Hoc verum:  
principia eius cum immortalitate non pugnare: & ex iis Sca-  
liger (vv) argumenta nullatenus contemnenda deducit.

*Stoici toti  
hic occupa-  
ti.*

Stoicorum mens ex Lipsio (x) clara est, quæ ibi citavit, ad-  
scribere supersedeo. Quod præcipuum illud Stoæ attinet  
resolvendas tandem animas post diuturnam fœlicitatem in  
prima sua principia, Deum & materiam, universali nimirum  
*ἐκαστώσσει*, idem fere Hodiernorum Anglorum aliqui tumultu-  
atores perhibent (y): *Quamlibet creaturam initio Deum fuisse,  
& esse: Vitam esse spiritum Dei revertentem ad Deum: & Deum  
absorbere eum sicut guttam Oceanus.* Secundum singula cum  
Stoicis eos confer, non ovum ovo similis: Nam etiam illis  
animæ principium ex quo Deus, forma ipsissima Deus, illud  
in quod revertuntur Deus. Cicero (z) in plerisque hisce  
*δύμνασι* ad Stoicos inclinat, s. propria saliena recenseat verba.  
Democritus (a) & Epicurus *caducam esse animam, & simul cum*  
*corpore*

p. de Homero p. 93. 94. q. Horol. Princ. Part. l. f. 39. pag. 130. a. r. in Thal.  
l. 1. f. Div. Inst. l. 7. cap. 13. t. de Plac. Philos. l. 4. cap. 7. u. 3. Nicom. c. 9.  
vv. Exerc. 319. x. 3. Physiol. diff. 11. y. Honor. Regg. de St. Eccl. Angl. p. 87. z. Loca  
sunt 1. Tusc. QQ. in. 27. 2. de LL. n. 27. Catone n. 82. Somn. Scip. n. 19. Lælion 13. a. Plut.  
d. l. de plac. Philos.

corpore interire censuerunt. (Non Stoici solum sed & hi Epicurei se cetera suae reliquias in Anglia (b) reliquere: *Animam hominis esse mortalem, ut brutorum; & mori cum corpore.*

*Non habet ulterius quod nostris moribus addat Posteritas)*

Statuebat tamen idem Epicurus (c) nescio quas imagines, Epicurus *qua partim à vivis partim à crematis aut putredine consumptis corporibus defluerint. refragatur*

§. 52. Non diffiteor, insignia hoc de negotio dicta *Multa haec* apud veteres occurrere, Christianis etiam digna. *Adra praecleara dicta,*

(d) ὁθεν κεν εἶναι εἰς τὸ σῶμα ἀφίκετο,  
ἐνταυτ' ἀπῆλθε, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,  
τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν.

Affinia certe (e) Salomoneis. Paria Epicharmo adscribit (f) Plutarchus. Non verò pura tantum, sed & ridiculas fabulas veris interspersere. Quam delira somnia, quae de Thespisio (g) narrant. Hoc miserandum, quod certi vix *Fabulis qua bona habent pleraque concursant, & mira dubitatio. ne circumrotantur.* nullo hac de re, sed plerumque in dubio. Seneca magnus ille Stoicus quam hic ambigit? Rarissimè nisi sub disiunctione (h) in morte ab immortalitate sumere solatium audet. Utricumque ferè, quò nititur (i), fundamentum sapientum auctoritas; cui æque diffidere ac confidere poterat, & quod potuerit, re ipsa (k) ostendit. Muretus hanc Senecæ instantiam & ambiguum sensum notat, & gentilium universim in talibus fluctuantium miseriam deplorat.

§. 53. De iis quæ post mortem sunt, variae variorum *De futuro seculo delira multis semina.* sententiae. Quod barbaros attinet, eorum plerique vitam nostræ huic simillimam, quamvis feliciorem, expectant. Inde (l) Guineenses, postquam Fetissos suum, ut in itinere defunctis auxilio sit, oravere, varia utensilia sepulchro imponunt, ne inopem vitam mortuus agere cogatur. Samoitarum (m) in eundem finem amicis suis cer vos, quibus equorum vice insideat, & servum captivum immolant. Pueros septennio minores suspendunt in arbore, ut citius in caelum

b. Regg. de St. Eccl. Angl. p. 92. c. Plut. de defect. orac. p. 527. d. ap. Eurip. *ærid. act. 2. v. 538.* e. Eccl. 12, 7. f. consol. ad Apoll. p. 233. g. Plut. de sera ind. p. 198, 199. h. Exempl. fun. rep. 24. 63, 65, 71. i. ep. 102. k. epist. 63, f. Navig. Orient. frat. de Bry. P. VI. c. 21, 43. m. id. part. XI. l.

lum evolare possint. Nec abluunt ab his ex Indorum (n) gentes, quæ hac causa (aliæ tamen ex aliis) viduas maritorum rogo iniiciunt, inter quas insulæ Bali incolæ. Quibus adde (o) Campagianos, Negapatanos, Castanos, aliquos Calecutensium, Pythagoritas, Insulæ Pulo Rossa incolæ. Japonenses (p) falcē assumunt, quibus in itinere, quod 3. annorum censent, gramen & virgulta obstantia, demetere possint; tanto sæpe desiderio alterius vitæ incensi, ut lapide appenso in maris profunda desiliant. Philosophi fere saniores extitere, cum plerique, Stoici (q) in primis, animas post mortem in cælum evolare, ibique contemplationi vacare opinarentur. Et cælum locum illum esse, in quo postmodum vivendum sit, valde plerisque persuasum. Chinenenses (r) hac de causa crines alunt longas, auroque eas, dem colligant in nodum, instrumentum id fore opinantes, quo in cælum attrahendi sint. Quod idem Mogores (s) Tattari imitantur. Communiter autem duos fere hominum ordines omnes faciunt, malorum & bonorum, diversorumq; diversa fata aiunt. Illos quod concernit, alii eos (t) cū Judæis extinguunt omnino, suffragantibus etiã aliquibus Stoicorum. Alii eos cruciant, ut Poëtæ comprimis, quibus se totis opponit viribus (u) Seneca, omnemq; dolorem atq; miseriam cum corpore deponi opinatur. Alii tamen (vv) purgant, non quidē omnes, sed eos, quos malitia non totos occupavit (gratulari hic sibi sinamus, quantum volet, Belarminum (v) de consensu Stoicorum cum purgatorio. Ad damus etiam illi Samoitas (x) qui pro defunctis sacrificia astris & idolis offerunt. Nec minus (y) gentilium expiationes multas) Bonos autem quod attinet, ad astra eos volare iam supra dixi, s. mavis, cum Poëtis (z) à Mercurio excipi, & in locum suum deferri. An cum aliqua mora res fiat, non prodidere, nisi quod non ubique facile animas eniti, Stoicis (a) videretur: corpus enim eis erat (si lubet huc trahes id quod apud Poëtas est (b) levem alicui terram, & contra gradat. v. de Purgat. cap. 7. x. Gerard. de Veer. Nav 2. y. Plut. de sera vind. pag. 194. z. Plutarch. qq. Græc. 24. a. Lipf. d. l. diff. 14. b. Senec. Hippolyt. v. 1275. & Troad. v. 1156. luyenal. fat. 7. v. 207. Seneca epigr. sup. exil. 1.

n. Navig. Holland. An. 1594. cap. 39. o. variis locis d. Navig. PP. VII. XI. XII. p. Navig. d. Part. XIII. p. 37. q. Lipf. 3. Physiol. dissert. 14. r. Dress. de Chin. l. c. 10. pag. 23. f. d. Nav. parte XII. r. Lipf. 3. Physiol. diff. 11. p. 321. u. Conf. ad Marc. cap. 19. confer Cic. 1. Tusc. QQ. num. 36. vv. Lipf. d. l. & diff. 14. v. de Purgat. cap. 7. x. Gerard. de Veer. Nav 2. y. Plut. de sera vind. pag. 194. z. Plutarch. qq. Græc. 24. a. Lipf. d. l. diff. 14. b. Senec. Hippolyt. v. 1275. & Troad. v. 1156. luyenal. fat. 7. v. 207. Seneca epigr. sup. exil. 1.

tra gravem terram precari) Poëtis etiam aliqua ex eo mora, si  
 infepultus fuerit defunctus aut cædes nõ expiata. Ex Virgilio  
 locus notus est. confer Clariss. Buchner. (c) ad Plin. Lo-  
 cum (d) Stoicaliique Philosophorum beatis tribuebant  
 circa Lunam. Hanc probabilem causam Plutarch. (e)  
 etiam dat, cur nobiles lunulas in calceis gestarent. Rem fer-  
 me omnem non male deducit idem (f) alibi. Officium  
 autem eorum ibidem ponitur, contemplari cœlestia, & natu-  
 ræ intellectuali totum se dedere. Inde etiam beatitudo  
 summa (g) in hoc. Quapropter maxime laborabant, ut  
 ostenderent, manente anima (h) intellectum etiam ma-  
 nere, nec eos ceu truncos insensatos esse. Imò verò cum  
 iã à contagione corporis liberatus sit animus, longe perspi-  
 caciorem eum faciebant, ita ut etiam divinationem (i)  
 ipsis adscribere auderent. Erant qui etiam in genios ani-  
 mas (k) mutari contenderent, imò tandem in Deos è  
 geniorum natura transire. Magistratibus (l) verò  
 cum primis maiorem quam cæteris beatitudinem adscri-  
 bebant: & summatim pæne meritis præmia hæc adæqua-  
 bant. An verò aliquid de resurrectione innotuerit illis  
 maius dubium est, quam quod hic enucleetur. Lægatur  
 eã de re (m) Lactantius. Illud Magorum (n): ἀναβιά-  
 σασθαι τὸς ἀνθρώπους traditionem sapit. Argumento est quod  
 p. p. Judæos ab his descendere opinatur. Inverte & ma-  
 gicam Philosophiam à Judaica saniori deduc. Stoi-  
 ca ἐκύρωσις (o), eamque consequens renovatio non ab-  
 ludit ab hoc mysterio. Quamvis nec omninò eadem sit,  
 ut ingenuè fateor. Stoicam illam ἀνακόλωσις & præceden-  
 tem conflagrationem (ut alia Stoica) Siamitæ (p) etiam  
 amplectuntur. In universum plus ex traditione aliqua  
 quam ratione profectum dogma videtur.

G

54. Quam

c. 7. ep.  
 27. n. 325.  
 d. Lips.  
 d l.  
 e. QQ.

Rom. 76.  
 f. de facie  
 in orbelu.

næ pag. 383. seq. g. Plutarch. Consolat. ad Apollon. pag. 239. & 248. h.  
 Plutar. h. non posse suav. vivi secund. Epicur pag. 94. & de Isid. & Osid. pag. 131.  
 174. i. Plutarch. de defect. oracul. pag. 544. k. Cleombrot. apud Plutarch. de  
 defect. orac. pag. 520. l. Cicer. somn. num. 4. n. Div. Instit. 1. 7. cap. 23. 24.  
 n. Diog. Laert. in proœm. o. Lips. 3. Physiol. dissert. 22. P. Navigat. O-  
 rient. de Bry P. XIII.



*Nata certe  
exinde I-  
dololatria  
horrenda.*

§. 54. Quam perplexa omnia, quæ cæcitas huma-  
na sibi ipsi relictae rationis? Philosophi dissentientes, & sa-  
cerdotes somniantes nugis suis & figmentis miseros distor-  
tos opinionibus habebant. Accedebat horum avaritia, &  
lucris causa multas inducebant superstitiones. Inde ali-  
qui (q) nullos beatos censebant, nisi sacris peculiaribus ini-  
tios. Ea fortasse superstitione ansam etiam ei rei dedit, ut  
templis vicina supulchra essent. Omnia scilicet eod dirigebat  
seductor humani generis, ut mentis sequaces faciles-  
que ad superstitionem variis dementaret erroribus. Cum  
etiam mortuorum religio cuiusque à suis coleretur, exinde  
Idololatria fere initium cepit. De Silio hæc (r) Plinius.  
*Multum ubique librorum, multum statuarum, multum imaginum,  
quas non habebat modo. verum etiam venerabatur. Pergilius ante omnes,  
cuius natalem religiosius (s) quam suam celebrabat. Neapoli maxime ubi  
momentum eius adire ut templum solebat. Quam facilis (t) ex hac  
veneratione cultus idololatricus. Aristotelis (u) imaginem in  
templū poni testamento curavit Theophrastus, quod disci-  
pulus eius esset, gratitudinem in præceptorem monstraturus  
(vv). Admirabantur virtutem, & exinde superstitione  
accedente invocatio, ap. posteros cum primis, ubi iam antea  
religio in Patrem extitit meritò. Huc fortasse trahes illud  
(x) Davidicum: עלי ארמות ודר קראו בשמותם עלי ארמות  
Accedebat apud Principes famosa illa *στοθεωσις*, cuius ritus  
describitur apud (y) Herodiam. Causæ aliquæ, ridicu-  
læ etiam, apud Plin. (z). (a) Quasvis scilicet ofor  
hominum causas conquirebat, ut in maiorem perniciem  
subinde mortale genus perducere posset, & satis fœlici, an  
infœlici dicam? luccellu fabula hæc acta est.*

*Hactamen  
exceptis  
paucis, ex  
rationis  
lumine di-  
iudicari  
non possunt.*

§. 55. Quid ergo aut quem hic sequar? Ambigo,  
nec quod decernam plane habeo. Paucis me expediam.  
Justitiæ divinæ ratio exigit, ut bonis, quia hic non semper  
bene, aliquando meliora fata obtinant, malis peiora. Im-  
morta-

q. Sophocles apud Plut. de audiend. Poet. pag. 30. & apophteg. Lacon. pag. 413. &  
Diog. Laert. l. 6. in Diog. r. l. 3. epist. 7. & ibi NN. Clariss. buchner. num. 62. 63.  
f. confer Sen. ep. 64. t. confer Sap. 14. 15. u. Laert in Theophrast. l. 5.  
vv. conf. egreg. Zeiler. Trag. Hiltor. 18. x. Psal. 49. 14. y. 4. 2. conf. 2. Mac-  
cab. 11. 23. z. Paneg. p. 14. a. conf. de Pers. NN. Cl. Freinsh. ad Curt. 8. 5. 11.

mortalitas ergo animæ necessaria est. Argumentum hoc  
 Platoniorum facile validissimum. Eodem Divus (b) A-  
 postolus atitur. Animæ immortalitatem & iudicium uni-  
 versale etiam Hobbei (c) succenturiator licet ἐκ κοινῶν ἐγ-  
 νοίων (quas omnes tollit) proficisci neget, ex discursu tamen  
 proximè innotescere concedit. Immortalitate obtentâ,  
 iam etiam diversus diversorum status innuitur, ita ut si quis  
 se ordini divino, qui in hac vita exigitur, adprobaverit, eiq;  
 obsequens fuerit, idem post mortem arctiori beatitudine  
 Deo iungatur. Quæ ulteriora & exactiora de hisce requirun-  
 tur, ea ex lumine rationis cognoscere nequeunt, sed cum hoc  
 transcendant, ex revelatis principiis diiudicanda atque ad-  
 discenda sunt. Hæc quam vis imperfectissima, & ut ipse fa-  
 teor in multis non parum dubia, hætenus ex gentilium ca-  
 liginè vindicasse sufficiat.

b. 2. Theff.  
 1, 6. 7.  
 c. pag. 80.

Sed ad sub-  
 limiora re-  
 leganda  
 sunt.

Gratias potius maximas Deo  
 nostro Salvatorique IESU agimus, pro revelatis maioribus mysteriis, ut  
 iam traducti ex tenebris densis in claram lucem non amplius scintillis  
 hisce minutissimis arquescere cogamur, sed clarissimū mane divina ve-  
 ritatis nobis illuxerit, quo etiam ut ad ipsius gloriam utamur,  
 nec in nostra scientia, quam gentiles in  
 sua segeniores simus, ipse

FAXIT

πάντα ἐξ ἑνὸς, πάντα εἰς ἓνα.



*An omnis habitus vitiosus sit peccatum?*

**A**ffirmatur & prob. Quidquid est contra legem diuinam, peccatum est, omnis habitus vitiosus quia talis, talis est. E. Maior probatur 1. ex Joh. 3, 4. *ἡ ἀμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία.* Cuius ut & Syriacæ versionis *נרר* significationem habes ex collatione Matthæi 7, 23. & 13. 41. & 24, 12. Rom. 2, 8. & 3, 5. 1. Cor. 13. 6. 2. Tim. 2, 19. præcipuè verò ex Joh. 7, 18. Rom. 11, 26. 2. Thess. 2, 7. seq. 2. idem patet ex argumento Paulino Rom. 7, 7. 3. ipse Suarez. in 1. 2. Thom. tractat. 5. disp. 1. c. 1. §. 1. per transgressionem legis describit & tract. 4. disp. 4. c. 1. §. 12. fatetur rationem peccati desumi ex ordine ad ultimum finem. Cum ergo omnis legis violatio hunc ordinem deordinet, etiam Suarezio fatente erit peccatum. Nec puto Maiorem hanc facile à quoquam negari. Minor probatur Quidquid tollit sanctitatem & puritatem ex Lege diuina humanæ animæ debitam, est contra legem diuinam. O. habit. vit. quia talis id agit. Ergo Maior patet, Lex enim diuina requirit à nobis. 1. ut Sancti simus, sicut ipse Sanctus est. Levit. 19, 2. & 20, 7. quod repetit Petrus 1, 1, 16. Sanctitas autem illa in Deo non unice concipitur, prout se in certos actus diffundit, imo consideratio hæc plane secundaria est, verum quatenus quæ habitualiter Deo inhaeret. *Ἀκυρολόγως* loqui cogor. Scio nulla dari in Deo accidentia, sed ea, quæ quæ accidentia in eo concipimus, identificari cum essentia diuina. Sicut ergo ipsa essentia diuina hæc sanctitas est, & absolutissima puritas. Ita & nos pro ratione naturæ nostræ tenemur eo niti, ut quam proximè ad essentiam nostram accedat sanctitas ea præcepta, quod necessario sit per habitus & qualitates, utpote quæ proximè inhaerent animæ, eamque ad modum intrinsecæ perfectionis adficiunt, non autem per actus ceu entia transitoria & ilico pereuntia. Hæc est illa *ὁσιότης τῆς ἀληθείας*

ἀληθείας Ephes. 4, 24. Hellenisticè ut רכרי אמת pro, sancti-  
 tas vera. Imò etiam. 2. τελειότητα ad exemplum Dei Matth.  
 5, 48. Christus requirit. Annonne hæc habituale quid?  
 Syrus גמיר qua voce itidem utitur 2. Tim. 3, 17. pro ἀρειο.  
 quo loco habitualem perfectionem notari illud πρὸς πάντας  
 ἄγαθόν ἐξηρητισμένον (s. ut al. ἐξηρητισμένος) evincit (Syr-  
 ܡܫܠܡ q̄s. ita iam perfectus, ut in habitum traducta perfe-  
 ctio absoluta iam sit) Eadem dictio κατηρητισμένον. גמיר Luc.  
 6, 40. occurrens de discipulo plane habituale notat. Talem  
 scil. habitum, quem discipulus ex disciplina Doctoris & usu  
 sibi adquisivit. Idem 1. Thess. 3, 10. Hebr. 13, 21. 2. Cor. 13, 11. κα-  
 ταρτίζειν de habitu. quod alibi est τελειώω. Phil. 3, 12. Joh. 17, 23.  
 τέλειοι καὶ πεπληρωμένοι ἐν παντὶ θελήματι τοῦ θεοῦ. Col. 4, 12. ἐτοι-  
 μάσαι λαὸν κατεσκευασμένον Luc 1, 17. Cum primis verò qui sint  
 τέλειοι, s. ἀρειοι. גמירין definitur Hebr. 5, 14. οἱ διὰ τὴν ἐξιν τὰ  
 αἰδητήρια γεγυμνασμένα ἔχοντες πρὸς διακρίσιν. &c Ex his omni-  
 bus patet τελειότητα à Lege requisitam esse habitualem, ad-  
 eoq; qui hanc tollit, etiam legem violat. 3. præcipitur 1. Cor.  
 15, 58. ἐδράοι γίνεσθαι ἡρώων εἰματισμένον. ἡρώων enim quam fre-  
 quentissime confirmationem per habitum notat. respondet  
 τῷ διαβεβαιῶσαι. Tit. 3, 8. Col. 2, 7. σιγηθῆναι. Rom. 1, 11. σερέω-  
 μα. Col. 2, 5. in primis τῷ κραταιωθῆναι Ephes. 3, 16. πληροφορεῖ-  
 σθαι Rom. 4, 21. & 14, 5. & ἐπισώθης. 2. Tim. 3, 14. quod recte no-  
 tante Fuller. Miscell. 1, 19. ab Hesych. vertitur ἐπέδης s. ἐπλη-  
 ροσορήθης. Omnia hæc & singula habitum significant, & te-  
 stantur loco 1. Cor. 15, 58. eodem modo habitum denotari.  
 4. Quidquid præcipitur instar vestis induendum, illud ha-  
 bitus est, ut talis, non ut activus. Sed virtus ceu vestis in-  
 duenda præcipitur. E. Maior probatur ex Ephes. 4, 24. Col.  
 3, 10. ἐνδυσάμενοι. 5. Quidquid est renovatio imaginis  
 primæva illud ad modum habitus se habere debet. Vir-  
 tus est renovatio im. prim. E. Maior patet, quia imago Dei  
 ad modum habitus est, renovatio ergo eius eodem modo ha-  
 bere se debet. Satis puto maiorem stabilitam. Minor facilius  
 probatur. nam Omnis habitus vitiosus qua talis, si vel  
 maxime operosus non existat, locum tamen secum non cō-  
 cedit

cedit præceptis habitibus bonis, adeoque violat Legem di-  
vinam, imo quæcunque à Deo præcipiuntur, illorum oppo-  
sitis eo ipso interdicitur, iam autem habitus boni, ut supra  
probatum, à Deo præcipiuntur, ergo illorum opposita, et-  
iam quæ talia, sunt prohibita, per consequens peccata. Ob-  
servandum hoc contra Suarezium qui d. tr. disput. 4. f. 1. § 12.  
non propriè vitia denominari peccata ait. Rationes ad-  
ducit. 1. nec mortalia nec venialia esse peccata. Respondeo  
quid mirum, cum ne quidem detur peccatum veniale, qua-  
le Suarezius tract. 5. disput. 2. f. 4. §. 8. sibi fingit. Concidit  
ita etiam secundum argumentum. 3. non debita conversio-  
ne ad ultimum finem carere hos malos habitus, nec enim  
deberi eam omnibus qualitatibus. Respondeo, imo debe-  
tur, quod superius ex sacris demonstravi. Nec hic Hob-  
bei Apologista pag 170. omninò insons: cui tantum habi-  
tus videtur dignus pœna, qua causam & qua effectum: cum  
tamen addere debuisset, ex seipso, & prout est malus habitus,  
nam & hoc nomine à Dei gratia exulat homo, non  
solum quoad habitus malarum actionum est cau-  
sa. Licet fortè in foro humano non æ-  
que clarè hoc contin-  
gat.


ERRATA Lectori committo, duo tantum noto:  
D. fac. ultim. l. 1. pr. *vehi leg. recti.* F. 3. l. 7. pr. *sesquim. leg. de-  
cimo quinto.*


F I N I S.

egm di.  
m oppo.  
ut supra  
sita, et  
za. Ob-  
ca. 912.  
mes ad-  
funden  
ne, qua  
Concidit  
onverfo-  
net enim  
mo debe-  
hic Hob-  
rum habi-  
tum: cum  
s habitus,  
, non  
t ca-

noto;  
m. leg. de-













the scale towards document

principium ita etiam finem sortiri eis repu-  
 am superest Ens invariabile, ad hoc nos mu-  
 tum relegat & dimittit. *Revera enim nos essen-*  
*ius participes.* Ita Plutarch. (g) & p. p. *Quid g. de ei*  
*d sit? id quod sempiternum est, ortus & interitus ex-*  
*de λρ. pag.*  
*ppore motus inferitur. Mox: Deus autem si ita di-*  
*565. 566.*  
*& est nulla ratione temporis, sed aternitatis immobi-*  
*natione carentis, in qua nihil prius est, nihil posterius,*  
*l prateritum, nihil antiquius, nihil recentius, sed una*  
*h. ep. 58.*  
*ex sex illis, quæ Seneca (h) è Platone entis*  
*secundum est, quod eminet & exsuperat omnia.*  
*Deus, sc. maior & potentior cunctis.*  
 plum Deum, eiusque effecta consideranda *Iuvar idē-*  
 imus, superest, ut etiam ipsius providentiæ *tsdem di-*  
 entur. Semper sapientis huius directoris *visam cir-*  
 tro publico orbis prudentissimè gestas illi, *ca hac ri-*  
 aræ, lustrabantur, digitumque eiusdem at- *maris dis-*  
 sectabantur. Speculum illæ sunt iustitiæ *positionem*  
 dentissimum, nec tantum transverso oculo *& ordi-*  
 Homerum sapientiæ omnis Patrem etiam *nem.*  
 is viam trivisse Plut. (i) testis abundantif- *i. tr. de*  
 i in hoc lapsi, & vel plane hanc sustulere cu- *Homero*  
 el in adamantinam atque inevitabilem ne- *pag. 90.*  
 vere. Illuc Epicureos, huc Stoicos trahes.  
 quoque eruditorum ordo tulit, qui, ut in a-  
 tâ viâ incessere. Fatum non omninò sine *k. ap. Grot.*  
 etum esse, sed ab hac dependere Platonico- *sent. Phi-*  
 vere. Alcinoüs (k) hanc in fatis propo- *lof. de Fa-*  
 ille ista faciet, illa patietur. Hanc probat: *to p. 61. &*  
*ibi plura.*  
 ietur. Sana iam doctrina percepta in singu- *l. confer*  
 plis, quotidie hunc divinum ordinem & *Cic. 2. de*  
 tum Dei divinorumque studiosus at- *LL. n. 41.*

onsectaria universæ huius contemplatio- *Exinde*  
 are Deum & laudare, Gratias eidem agere. *fuit Dilo-*  
 bus utrumq;. Laudes meretur ipsa essentia *via qua*  
 iustissima eius æquitas, laudes divina eius *\* 1. \* lau-*  
 dem

B 3